

quid dicta clausula operatur. Inquit tamen Cardin. Tolet. in sua summa lib. 1. c. 64. ad fin. versic. quinto, quod qui baptizaret secundo sub conditione dicendo, si non est baptizatus, quamvis esset ignorantia crassa, qui potuit scire esse baptizatum, imo etiam sciret, non esset irregularis, quia vere non dicitur rebaptizare, qui sub conditione baptizat secundum Navar. in Sum. cap. 27. num. 246. Et est longe verior hæc sententia Navar. contra Sor. Vict. & Cordub. affirmantem contrariam esse veram & communem in Sum. q. 37. secundum Suar. ubi sup. in versic. atque ex hac doctrina pag. mihi 459. col. 2.

Et supradictum præceptum non iterandi Baptismum non minus obligat baptizatum quam baptizantem: peccat enim graviter qui cum sit baptizatus eique hoc sufficienter constet, iterum se baptizari consentit, etiam si metu mortis id faciat, necnon etiam peccabunt parentes, vel quicumque alij, qui puerum iam baptizatum iterum ad baptismum offerunt, cum vè baptizari procurant, quia cooperantur actui intrinsicè malo. Admonere ergo debent de baptismo iam suscepto, solumque ad supplendam accidentaliam quæ desunt, puerum offerre, ita Suar. ubi sup. versic. ult. est advertendum.

His sic breviter edictis, superest vt de pœna huius criminis agamus. Duabus enim personis impositæ sunt huiusmodi pœnæ, scilicet, baptizanti & baptizato, qui in ea etate est, vt consentiendo iterationi baptismi delinquere possit. De aliis autem personis nulla mentio in iure fit: quia licet interdum possint cooperari huic delicto, valde tamen per accidens & remotè concurrunt.

Iure igitur Civili tam rebaptizanti, quam culpa sua rebaptizato pœna capitis imponitur in libro secundo, C. ne sanctum baptismum iteretur.

Pœna autem Ecclesiastica rebaptizantis poni dicitur in l. 1. C. eodem tit. ne sanctum baptismum, & c. ubi dicitur: Anusitum, qui sanctitatem baptismi illicita usurpatione genuerit, sacerdotio indignum esse censemus. Quibus verbis pœna aliqua non iniungitur, sed criminis acerbitas exaggeratur, nec potuit iure Civili aliqua huiusmodi pœna introduci.

Nihilominus tamen communis sententia vera & certa est, quod bis conferens Baptismum efficitur irregularis ex textu in cap. 2. de apostat. ubi loquens in Acolyto reiterante baptismum præcipit, quod ad superiores ordines promovetur non valeat, si publicum est delictum: secus si occultum. Ex quo textu omnes DD. docent manere irregularem, qui rebaptizando peccat, vt latè tradit Theologi in 4. dist. 5. & 6. Soto dist. 3. art. 9. Beatus Antoninus in 3. p. sue Summa, tit. 14. cap. 13. §. 12. & tit. 28. c. 6. §. 3. Nau. ubi sup. d. c. 37. num. 246. in princ. Covar. in Clem. si furiosus 1. parte in princ. non. 8. de homicid. est communis, præter Summistas verbo irregularitas, secundum Suarez ubi supra, in versic. nihilominus communis sententia, ubi quod eam usus & consuetudo, quæ est optima legum interpres, satis confirmat, & textum illum declarat, & hoc sequitur & probat additionator Bernard. Diaz ubi supra lit. B. Et hoc communiter Doctores tenent ex d. c. 1. de apostat. secundum Cardin. Tolet. ubi sup. versic. 4. qui bis confert, ubi quod licet ille textus loquatur in Acolyto, qui inferuit rebaptizanti, multo magis procedit & locum habet in eo, qui bis baptizavit, quando est publi-

cam delictum, non autem quando est occultum vt in d. cap. 2. Similiter efficiuntur irregulares qui rebaptizanti ministrant, non solum Acolyti, sed etiam Subdiaconi vel Diaconi officio fungentes, & Compares scientes, quia isti sunt rebaptizationis participes cap. vos autem de consecrat. dist. 4. Mayolus lib. 3. de irregular. cap. 14. num. 6. refert & sequitur Ignatius Salced. in addition. ad Bernardum Diaz in practic. criminal. & Canonica capit. 18. littera B. versiculo, efficiuntur etiam.

Circa cuius textus in cap. 2. de apostat. & communis præcitata praxis intellectum observandum erit primo, quod & si Ledesma in 4. 1. part. quest. 7. art. 9. dub. 2. affirmet quod si est promotor Acolytus, de quo in d. cap. 2. non potest exercere officium suum: nihilominus tamen reuera, cum tex. ille solum impediat ascensum ad superiores ordines, neque alia in eo fiat irregularitatis mentio & pœnæ sint restringendæ, non est vitæ hæc talis pœna extendenda, neque in illo Acolyto ministrante rebaptizanti, nec in ipso rebaptizante: quia licet hic maiori dignus sit pœna, nihilominus tamen quia hæc maior pœna, qua dignus est, non reperitur in iure expressa, non censet impedimentum hoc etiam respectu illius esse ampliandum ultra id, quod verba ipsius capituli sonant, vt rectè censuit Suarez ubi sup. versic. sed ad explicandam, addens in versic. sequenti prædictam pœnam incurri ipso facto ante iudicis sententiam & declarationem, vt ibi rectè probat.

Secundo observandum est, quod vt constat manifestè ex d. c. 2. de apostat. prædicta irregularitas in Acolyto ministrante rebaptizanti tantum incurritur quando est publicum delictum, non vero quando est occultum, quidquid aliud absque fundamento censet Scotus in 4. dist. 6. q. 8. dicens quod quando est occultum contrahitur etiam irregularitas, licet Episcopus possit cum eo dispensare.

Sed contrarium est verius, vt in prædicto crimine occulto minimè incurrat præfata irregularitas, nec sit necessaria vlla dispensatio, vt tenet Abbas in d. cap. 2. notabili 2. sequitur Syluester verbo irregularitas, n. 4. & ceteri Summistæ & hæc opinionem sequuntur communiter iuris Interpretes, vt asserit Suarez ubi sup. tertium tamen, ubi late agit an præfata distinctio de crimine publico, & occulto solum habeat locum in Acolyto cooperante, an vero quoque in ministro rebaptizante, & relinquere cogitandum. Tolet. vero ubi sup. inquit non videri baptizantem esse irregularem, nisi quando crimen est notorium, sed in rebaptizato secus, quia etiam occultus est irregularis, vt ibi late probat: fatetur tamen, sicut & Suarez ubi sup. esse communem opinionem bis baptizantem etiam occulte esse irregularem. Hoc tamen intelligit verum, quando scienter bis baptizat, vel ignoranter ignorantia crassa, secus si ignorantia fuit facta inuincibilis, quia non esset irregularis: iuris autem ignorantiam inquit non excusare.

Tertio summo petere observandum erit, cum, qui exterius rebaptizat sine interna intentione conficiendi Sacramentum, tamen in foro exteriori præsumi possit esse irregularem, re tamen vera coram Deo non contrahit irregularitatem propter tale crimen. Vnde si aliquo modo Ecclesiæ constare possit de tali intentione, etiam in foro exteriori non deberet huiusmodi homo iudicari irregularis, tamen si possit alia pœna puniri,

niti, vt indicat Navar. ubi sup. d. c. 27. num. 246. in fin. in illis verbis: Quia intentio eorum non fuit iterare baptismum, & actus agendum non debet operari ultra eorum intentionem l. non omnis, ff. si cert. petat. & probat latius & optime Suarez ubi supra versic. 4. inquiri potest quod in praxi iam vidi observatum & consilium observandum tam in foro interiori, quam exteriori.

12 Quarto valde disputant Doctores de eo, qui ob ignorantiam rebaptizat absolute, non sub conditione an incurrat hanc pœnam irregularitatis? De qua re late agunt alios allegantes Ignatius Salced. ubi sup. lit. C. verbo ignoranter, & melius Suarez etiam ubi sup. versic. sextum dubium Ex quibus colligitur rebaptizantem, aut rebaptizatum ex iusta ignorantia, ob quam peccatum mortale non incurrit, non esse irregularem, nisi propter mortale culpam: tamen si Archidiaconus in cap. qui bis, de consecratione dist. 4. vt rem in tuto constituat, censet, quod rebaptizatum etiam iusta ignorantia ab Episcopo dispensationem impetret, licet de iure abique aliqua dispensatione illum ad sacros ordines promovendi posse censet, quod verius existimat Ignatius ubi sup. ad fin. ubi inquit esse in rebaptizante iustam ignorantiam, vt ab irregularitate excusetur, si filios infidelium rebaptizet: nam iuste ignorare potuit eos fuisse baptizatos, vt in cap. placuit, de consecratione dist. 4. habetur in Concil. Carthaginen. ca. 6. Idem esse censet de infantibus expositis sine vlllo signo, aut scripto attestante de baptismo, vt tenet Mayolus de irregular. d. lib. 5. cap. 14. num. 4.

14 Quinto observandum erit, quod propter solam ceremoniarum iterationem non contrahitur irregularitas hæc: quia solum est iniuncta propter peccatum rebaptizandi.

15 Sexto & ultimo ipsemet rebaptizati irregularitatem incurrun, vt late probat Suarez ubi supra.



AD TITVLVM QVARTVM,

De los blasphemos de Dios, y de nuestra Señora, y del Rey.



SVMMARIVM.

- 1 Blasphemus quis dicatur? & de gravitate huius criminis cum pluribus numeris sequentibus, & num. 8.
4 Blasphemus an sit qui iurat per membra Christi eiusque Virginis Mariæ & n. seqq.
9 Blasphemus pœna iure Civili & Iure Divino cum suis limitationibus, & numer. sequent. Et iure Canonico num. 16. & 17. & de iure Regio num. 18. & in q. sequenti per iterum.

pra. versic. circa rebaptizatum, fol. 461. col. 1. circa finem sequentibus, ubi an hæc irregularitas contrahatur ab his, qui ignoranter rebaptizantur, & resoluit cum vera & communi sententia negatiuè: est lex 9. in princip. tituli. 4. part. 1. que ita se habet. Attenido seyendo alguno para facer se batear dos veces, seyendo cierto que era bateado, non deve fine ar sin pena, por que bien semeja que lo fixo despreciando el Sacramento del baptismo. E por ende tuvo por bien la Sancta Iglesia que si se esse lego que non lo ordenassen despues, o si fuesse Clerigo que le collesen las ordenes. Otro si tuvo por bien que si el que lo batease fuesse Obispo, o otro Perlado qualquier que fuesse depuesto de la dignidad, & de las ordenes que auie, assi como home que passa los mandamientos de Sancta Iglesia. Ibi que quod solus Papa cum rebaptizato dispensat, sicut cum rebaptizante, non vero Episcopus. Quod vltimum tenet & probat Ignat. Salced. ubi sup. in versic. istorum autem omnium, dicens quod Papa vix cum illis dispensabit vt Religionem ingrediantur, textus in c. 2. de apost. Tab. in vers. diffin. n. 13. versic. 14.

Addi insuper Suarez ubi sup. in versic. qui potius contra alios, quod etiam si rebaptizatus postea sciat quid circa illum actum sit, & ratum habeat ac consentiat, non manebit irregularis vt ibi late probat, & voluit Ignat. ubi sup. col. fin. ibi, que interpretatio mera diuinitus est, tamen si prius lit. B. in versic. & non solum aliud tenuerit: qui prædicti Doctores agunt de rebaptizato per vim vel merum. Et tandem Suarez ibid. col. fin. resoluit, quod si ille habet intentionem vt rebaptizetur reuera manere irregularem, si vero talem intentionem non adhibeat, siue per absolutam vim, siue per solum merum cogatur ad exteriorem receptionem ablationis, non manebit irregularis: imo si metus sit grauis nihil peccabit non resistendo, dummodo nec exterius significet se consentire, quia in reliquo nihil operatur, sed patitur potius.

De Blasphemis.

QVÆSTIO LX.



VERO primo circa leges huius tituli 4. quis dicatur & sit blasphemus, & de gravitate huius criminis?

Quoad primum respondeo, proprie blasphemum esse, qui negat aliquid de Deo quod ei conuenit, aut tribuit Deo aliquid, quod ei nequaquam conuenit. Blasphemus namque nomen importare videtur quandam derogationem alicuius excellentis bonitatis, & præcipue diuinæ. Atque ideo blasphemus est, qui diuinæ Maiestati derogat, eius potestati, aut bonitati detrahens, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 13. art. 1. in responsione, & ibi Caietan. omnes in c. fin. de maléd. Syluest.



Syluest. in Sum. verbo blasphemia, quest. 1. Alphons. à Castr. lib. 1. de iust. heret. punit. cap. 12. & comprobatur optime auctoritate Sancti Euangelij & alios allegans Arnald. Albert. de agnosc. assert. Catholic. & heret. quest. 6. min. 1. 3. & sequentibus, & quest. 27. n. 1. Dominica à Soto lib. 8. de iust. & iur. q. 2. art. 3. vbi est namque blasphemia, D. Couar. in c. quamvis pactum, 1. parte, §. 7. non 8. D. Simanc. de iustit. cathol. lib. 3. num. 1. Auendan. in 2. part. cap. 5. pre. num. 9. vbi plures citat, Avilescap. 2. §. prator. à n. 2. Anton. Gom. 3. tom. var. c. 1. num. 3. Barahon. in addit. ad Palat. Rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 78. litt. C. Didac. Perez in Rub. tit. 8. lib. 8. Ordinam. in glossa blasphemias in princip. pag. 203. Franciscus Squilacenc. de fide catholice. cap. 16. Brun. de heret. lib. 2. qu. 2. & lib. 5. cap. 20. Canteria 2. parte, cap. 3. n. 1. pag. 462. vbi ampliat Clarus §. blasphemias per totum, Rojas de heret. 2. p. cap. 167. Paz in sua practica. 1. tom. 8. parva cap. vni. num. 14. Ioan. Gratian. in reg. §. 1. n. 41. Salced. in addition. ad Bernard. Diaz de Lugo in sua praxi crimin. canonica cap. 110. versio. & quia sapissimè, pag. 375. Med. in sua Summ. in expositione primi præcepti diuini §. 2. versio la tercera cabeza, Menoch. de arbit. indic. lib. 2. cent. 4. casu 375. n. 3. Mascard. de probat. 1. tom. conclus. 195. n. 2. & 11. Petr. Greg. in sua summa. iuris vniuersi, lib. 33. c. 12. n. 3. & 4. Decian. 2. tom. tract. cap. 1. n. 1. & generalis ibi num. 5. est communis omnium Summistarum secundum ipsum ibi cap. 2. num. 1. sequitur plures referens Farinac. in suis questionibus crimin. 1. p. q. 10. num. 11. & D. Ioan. Vela de pæn. delict. c. 4. versio. est autem, pag. 19.

Ex quo primo inferitur quod omnis ille, qui aliquo sermone negat potentiam Dei, vt putà Deus non potest facere hoc, & his similia, cum ex hoc loquendi modo detrahat Deo suam potentiam, quæ ei conuenit, erit blasphemus secundum Couar. vbi sup. num. 9. versio. 4. eadem, & cum eo Menoch. vbi sup. n. 5. vbi cum numeris sequentibus hoc tunc demum procedere declarat, quando scilicet profertur verba super eo, quod verè Deus facere potest: secus si super eo, quod nec ipse facere valet, vt putà si quis diceret Deum virginem semel corruptam restituere non posse cap. si Paulus 32. quest. 5. vel si diceret Deum efficere non posse vt quod factum est factum non sit, vt ex Arist. lib. 6. moral. ad Nicomed. cap. 2. & post Bart. in l. non dubium, num. 14. C. de legib. & alios plures Legistas & Theologos quos citat late & tradit Tiraquel. de iur. const. possess. p. 3. limitatione 7. num. 6. & 7. vbi etiam numer. 8. in fine in proposito citat Alex. consil. 15. num. 7. lib. 3. & Socin. Seniore 102. lib. 1. consulentes in eadem specie illum non blasphemasse, qui dixit Deum efficere non posse quod rem vnam permutauerit cum altera, quam reuertà non permutauerat. Vendum & in proposito exemplo contra Alex. Tiraquel. Menoch. & sequaces, quod imò sit etiam blasphemia & illius pœna locum habeat optima ratio defendit & contrariis responderet Claud. ad Bertazzo. consil. 553. versio. primum itaque. in illo versio. restat vt respondeam, lib. 2. quem refert & sequitur Farinac. d. quest. 20. sub num. 12. & contra Menoch. vbi sup. imò quod vt blasphemus puniatur qui diceret, Deum factum infectum facere non posse: nam licet Doctores per viam doctrinæ & scripturæ id affirmet: non tamen id licere debet homini idiotæ & imprudenti dicere per iocum, risum, vel iram sine pœna.

Secundo ex superioribus deducitur, quod

blasphemus dicatur etiam, is qui iurat per caput, per pedes, per oculos, per corpus, per capillos, per iecur, per sanguinem, fer alia Dei membra. Ex quo enim Deus huiusmodi membra non habet, quia spiritus est, spiritus autem nec carnem nec ossa habet, & per consequens sic dicens tribuat Deo quod ei non conuenit, necessario sequitur quod blasphemus reputetur iuxta præcedentem communem resolutionem, & probat in terminis ex textu in cap. si quis per capillum, 22. quest. 1. & ibi notant Archidiaconus & Turcicremata. Probatur etiam hæc eadem deductio in Auhem. vt non luxur. contra nas. ibi. Et ab aliis blasphemis verbis, & iurare per capillos & caput, &c. vbi glossa interpretatur scilicet Dei: & Bart. in secundo notabili expresse dicit, quod iurans per membra Dei dicitur Deum blasphemare, & quod propterea pœna, quæ ex forma statuti imponitur blasphemanti Deum, habet etiam locum in sic iurante per eius membra. Hanc etiam sententiam late comprobatur Arnald. Albert. in tract. de agnoscend. assert. cathol. & heret. q. 27. n. 24. cum sequentibus vsque ad n. 59. vbi non solum concludit hæc esse blasphemiam, verum etiam hæc esse infamiam, vt ibidem num. 35. & 36. & Azeued. in l. 6. numer. §. 1. cum sequentibus, tit. 4. & num. 60. cum sequentibus, hoc lib. 8. post Anton. Thesaurum & alios.

Sed contrarium in supradictis sentire & tenere videntur S. Antonin. Archiepiscopus Florent. in 2. parte Summæ, tit. 10. cap. 4. in princ. Syluest. in sua Summ. verbo blasphemias, §. 2. & Angel. declarat verbo iuramentum, §. 12. & Rayner. in Sum. lib. 1. parte 1. tit. de iurament. versio. sciendum, & in summa confess. lib. 1. tit. 8. quest. 7. in princip. quid de his, qui iurant per membra Dei: Cardinal. de Vio in sua Summ. verbo blasphemias, quos refert Arnald. d. quest. 27. num. 24. & 25. Caietan. & Nauarra in locis relatis per Claud. ad Bertazzo. consil. 553. sub versio. est hic constat, lib. 2. eandem tenet Ludouic. Lopez in suo instrum. confitent. 1. p. cap. 51. pag. 183. & cap. 281. pag. 778. & Emanuel. Rodrig. in sua Summ. 1. parte cap. 34. conclus. 1.

Horum fundamentum est, quod postquam verbum caro factum est Deus habet & corpus & sanguinem, ideo per talia iuramenta blasphemias non inducitur, quia nihil tribuitur Maiestati diuinæ, quod ei non conueniat, & in Euangelio legitur: Spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere, &c.

Sed hoc non obstat, quia licet Christus sit Deus habeatque sua humana membra prout est de fide, nominando tamen Deum absolute intelligimus solum naturam diuinam, vel personas diuinas solum quantum ad diuinam naturam, non autem quantum ad humanitatem assumptam à verbo: & secundum naturam diuinam circumscripta humanitate Deus non habet membra nec corpus, ideo per illa iurare blasphemias est, vt per Arnald. Albert. qui sic obiectioni contrariæ respondet d. q. 27. n. 31. Et hæc etiam partem, & sic deductionem nostram tenet Angel. de malef. verbo verba iniuriarum, 1. 2. versio. quæ quæ erit pœna, & ibi August. in addit. in princ. Bonif. de Vitalin. in titul. de pœna blasphemanti, num. 1. Catald. in tract. de Syndic. num. 104. Bernard. Diaz in pract. cap. 110. verbo blasphemias num. 2. Conrad. in pract. tit. de iniuriaribus, pag. 409. col. 1. in fin. & sequenti, sub num. 25. Boliuis in tit. de inquisit. num. 130. versio. sed si quis, & num. sequenti, Menoch. de arbitrar. indic. lib. 2. centuria 4. casu 135. num. 12.

num. 12. & 14. Mascard. de probat. d. lib. 1. conclus. 195. numer. 6. & Claud. ad Bertaz. vbi sup. d. consil. 553. versio. est hic constat, & in versio. ob hæc conuenit, & versio. de 2. p. ad med. lib. 2. quos refert & sequitur Farinac. d. q. 20. num. 19. & vltra eum Auend. vbi sup. num. 9. versio. à conclus. & Soto lib. 8. de iust. & iur. quasi. 2. art. 3. versio. sunt & blasphemiarum, pag. quasi 732. & Decian. 2. tomo tractat. crim. lib. 6. cap. 2. n. 13. & 14. & Anton. Thesaur. decis. Pedemont. 241. num. 4. & ita est tenendum, licet alij communiter distinguant, vt ibi per eum num. 2. versio. quidam verò, eandem tenet Azeuedo in lege 6. numero 60. hoc titulo 4. lib. 8.

Ex quibus secus videtur dicendum in iurantibus per membra Christi eiusque Virginis Matris, vel Sanctorum, vt putà per eius cor, sanguinem, corpus, oculos, & his similia: hi namque videtur, quod non sint blasphemii, cum Christus eiusque gloriosa Virgo Mater, & Sancti hæc omnia habeant, & sic iurando per præd. nihil eis tribuatur, quod non conueniat, prout est de mente Theologorum supra citatorum 2. p. & in specie tradit Boliuis vbi sup. d. num. 131. versio. & ideo si diceretur, & post alios hic aperte respondet Arnald. Albert. vbi sup. d. q. 27. n. 31. tamen si dicat, quod licet non sit blasphemias per supradictam rationem, habet tamen in se neficio quid inhonestatis, & irreuerentiæ, ex rationibus de quibus ibi per eum.

Sed quod sit blasphemias tenet Angel. de malef. vbi sup. d. n. 14. & Auenda. vbi sup. de non 8. Couar. etiam vbi sup. versio. 8. & Azeu. in rub. huius tit. 4. n. 21. & in d. l. 6. num. 60. cum sequentibus, & numer. 55. & Anton. Thesaur. vbi supra num. 3. & 4. Quia quemadmodum cum quis per Deum vitam iurat & execrationis forma vitur, in eum sensum vt Dei vitam in discrimine constituitur, si quod affirmatur verum non sit, ita & quando quis vitur his verbis, per caput Christi, & similibus capiti Dei malum imprecatur, si falsum assertioni subit, argue ideo hæc formula execrandi, vel blasphemiam attinet, vel ineptissima est, plurimum Maiestati diuinæ derogans.

Sed in hoc vera distinctio videtur, quam ponit Decian. d. e. 2. n. 14. ad fin. versio. iuratur per membra Christi, nempe vt si iuramentum per membra Christi fuerit simplex assertorium, non possit tunc dici proprie blasphemias, nec soleat puniri in foro seculari, neque etiam in Ecclesiastico, nisi falsum iuraret. Si vero ioretur per membra Christi per verba in iniuriam, & contumeliam seu opprobrium dicta, ex tunc tanquam blasphemus puniendus esset, quod etiam prius dixerat idem author num. præcedenti, nempe 3. versio. facer.

Iure tamen nostro Regio proculdubio, sicut hæc in ameno malos, 37 eos en de sacato de nuestro Señor Dios, ò por otro algun miembro santissimo de nuestro Señor, incurven en las penas que incurven los blasfemos, vt in l. 6. huius tit. 4. lib. 8. & dicemus latius infra questione ista. Et de profertur quid opprobriofum, vel iniuriofum contra Deum, vel eius Sanctos, quod sit blasphemus probat late cum aliis Decian. vbi supra, numer. 9. ad finem, & num. 10. & probatur in cap. 2. de malef. & ibi, notat Anan. est communis secundum Couar. vbi sup. & Iul. Clarus §. blasphemias in princip. & Mascard. de probatioribus 1. tom. conclus. 195. numer. 3. & Farinac. quest. 20. num. 16. & 17. & 12. vbi alios plures citant. Et licet nonnulli ex

supradictis hoc de impropria, & larga blasphemias intelligant verum esse, vera tamen blasphemias est etiam iuxta Thomæ definitionem, si quidem nec maledictio, nec conuiuium Deo potest aliqua ex parte conuenire, ita tenet Couarr. vbi sup. d. num. 8. dicens vnam tantum esse speciem blasphemias, scilicet proprie, prout est illa de qua loquimur, & sequitur bene probans cum aliis Azeued. in rub. huius tit. 4. n. 15. cum pluribus segg. aduersus alios, quos prius citauerat à num. 10. cum segg.

Quod si quis iuraret per Membra Christi, quæ in hominibus reputantur turpia, vt putà per anum, per vuluam, per priapum, & sic per hominis pudibunda, & his similia, tunc propter solum irreuerentiam, quæ in his verbis consideratur & contemptum, & quod talis sermo referatur in Christum, & multo magis si in Deum, proculdubio esset blasphemus, & vt talis puniendus veniret vt tradit Catald. de syndic. n. 104. & 105. & omnes Summistæ relati per Arnald. Albert. de agnosc. assert. catholice. & heret. quasi. 17. & 25. & quest. 6. num. 19. & 21. & hoc communiter ab omnibus sine controuersia recipitur secundum Farinac. qui prædictum Boliuis allegat d. questio 20. numer. 21. sequitur alios allegans Tiber. Decian. d. lib. 6. cap. 2. num. 10. loquens etiam in iurante per membra pudibunda Mariæ Virginis vel Sanctorum, & addit esse speciem hæreticis idem probat cum aliis Azeuedo in dicta lege 6. numer. 55. cum sequentibus, & Emanuel Rodrig. vbi sup.

Quoad secundum de granitate huius criminis blasphemias, eiusque acerba pœna, plura cumulat ex Sacris litteris, & Summorum Pontificum decretis Ignat. Salced. in addit. ad Bernard. Diaz de Lugo in practice. crimin. canonica cap. 110. in principio, lit. A. in nouis, pag. mibi 373. cum sequenti, quibus ad, quod blasphemias omnibus aliis delictis, & facinoribus detestabilior est, vt late comprobatur Farinac. d. q. 20. n. 3. cum pluribus segg.

Blasphemii Iure Ciuili pœna mortis plecebantur, vt in Auh. vt non luxuriantur homines contra natur. §. & questionem, col. 6. & ibi glossa, Bart. Angel. & communiter omnes, glossa in cap. fin. de cleric. malef. & in cap. si quis per capillum 22. quest. 1. Angel. de malef. in versio. verba iniuriosa, num. 14. & ibi eius additio. Couar. in repeti. cap. quamvis pactum, part. 1. §. 7. num. 10. de pact. in 8. Boët. decis. 301. num. 10. Bonif. de Vital. in tit. de pæn. blasphemant. num. 1. Catald. de syndic. num. 206. Foller. in practice. crimin. in fragment. num. 15. in fin. Menoch. de arbit. indic. lib. 2. cent. 4. casu 375. num. 25. vbi quod omnes recipiunt dispositionem d. Auh. Clarus in §. blasphemias versio. sed quæro in principio, estque communis hæc sententia, à qua nemo discrepat secundum Claud. ad Bertazzo. consil. 551. in versio. de secunda parte, vbi in sequentibus versio. hæc communem declarat procedere in blasphemias iuramento annexa, secus sine iuramento, vt ibi per eum, qui pluribus rationibus hæc comprobatur declarationem, refertque hoc & sequente, pluresque alios auctores allegante pro præd. communiter sent. Farinac. d. q. 20. n. 2.

Quæ pœna mortis iure Diuino imponebatur blasphemis, quia hi lapidibus opprimebantur, vt Leuit. cap. 24. & post alios probant late Clarus §. blasphemias, versio. sed quæro, in principio, Fab. à Monte Leone in sua prax. arbit. 4. p. num. 725. & 729. fol. 251. Menoch. d. casu 373. num. 24. vbi



- vbi plures ex antiquis, & sacris litteris refert casus, quibus Deus omnipotens blasphemantes morte percussit, de quibus & multis aliis per Mascard. de probat. 1. tom. conclus. 194. in princ. & Ignat. Salsced. vbi supra, refert supradictos præter hunc postremum Farinacium vbi supra num. 10.
- 11 Limitantur tamen primò supradicta de pœna mortis imponenda blasphemantibus in Deum, vt locum non habeant in blasphemantibus in Sanctos, quia de his non loquitur d. auth. vt non luxur. &c. vt optime contra alios probat Farinac. vbi sup.
- 12 Limitatur secundò, vt procedant in eo, qui solitus & consuetus sit blasphemare, secus si non sit solitus, vel consuetus, vt iure bene probat & plures auctores ita in terminis adducens Farinac. vbi sup. num. 43. vbi quod isto casu non soliti blasphemare possunt aliter puniri, quàm pœna capitis, putà pœna fustigationis, vel carceris, vel aliter arbitrio iudicantis. Quinimo ad pœnam mortis imponendam blasphemano non sufficit, quòd quis conuictus sit blasphemare semel, vel bis, sed requiritur, quod plures blasphemauerit, aliter dicta pœna mortis locum non habebit, vt plures allegans Farinac. vbi sup. n. 43. idem probat Azeued. in l. 6. num. 29. cum seqq. hoc tit. 4. lib. 8.
- 13 Tertio limitantur in eo, qui ira vel aliquo iusto dolore motus blasphemauerit, ematis namque mitius puniendus est, vt cum aliis late probat idem Farinac. vbi supra. n. 47. & 48. vbi quod hoc ita demum procedit, si ira ortum habuit ex iusta & non leui causa, secus si ex iniusta, vel leui, quia tunc ira non excusat blasphemantem. Et ibi refert nonnulla exempla causarum, ex quibus iusta ira procedere potest, & quod hoc casu vt iracundia excuset debet probari quod fuerit talis, vt alienationem mentis induxerit, & quo aliter blasphemantem non excusabit à pœna ordinaria. Et num. 49. quod qui in ludo blasphemat tanquam dans operam rei illicitæ non potest ex ira se excusare secundum Abb. & alios plures, quos ibi refert.
- 14 Quarto limitantur, vt non procedant in blasphemante per ebrietatem, & lasciuiam, quia tunc se blasphemans excusatur saltem vt minus puniatur, nempe extra ordinem pœna arbitraria iuxta communem sententiam Doctorum, quos refert, & sequitur Farinacius vbi supra, num. 50. cum sequentibus. Rusticitas tamen blasphemantem non excusabit à pœna ordinaria, vt cum veriori opinione ex pluribus ibi probat, n. 53. cum seqq.
- 15 Quintò limitantur in eo, qui in continenti postquam blasphemauerit, blasphemiam reuocat, vel retractat: quia is vel nulla prorsus, vel leuissima pœnitentia dignus est, vt cum Arnald. Albert. in tractat. de agnosc. assert. cathol. questio. 17. num. 9. & 13. late probat Farinac. vbi supra, num. 57. cum sequentibus, vbi refert signa contritionis.
- 16 Sextò limitantur de iure Canonico, vt in cap. si quis per capillum 22. questio. 1. & per textum in cap. 2. de maledictis, vbi aliis pœnis puniunt blasphemans. Similiter & attentò Concil. Lateran. sub Leone X. ann. 1514. celebrato, de quo infra agemus.
- 17 Septimò limitantur, vt præd. pœna mortis pro blasphemia recesserit ab aula, & de consuetudine non ferretur, vt late per Farinac. d. questio. 20. num. 64. cum seqq. vbi num. 67. vers. sed quid-

quid, inquit, quod quilibet fit de iure, nunquam vidit pro qualibet atroci blasphemia imponi mortis pœnam; sed tantummodo ad plus ad trimeses damnari, & hoc raro & forte nunquam, nisi pecuniariam, vel alias, vt ibi per eum. Erat igitur pœna arbitraria, vt plures referens tenet Menoch. d. casu 375. num. 30. & Farinac. vbi supra, num. 66.

Et hæc de iure communi tam Canonico, & Ciuili, quàm consuetudinario, vt vidimus. Cæterum iure nostro Regio aliter statutum est, vt in legibus huius tit. 4. lib. 8. nou. coll. reg. & videbimus in quæstionibus statim sequentibus super eas dictas leges regias constitutas.



S V M M A R I V M.

- 1 Blasphemia que puniatur, & quibus pœnis per leges huius Regni? & num. sequ. in quibus octo conclusiones ponuntur.
- 2 El que renegare, ò denostare à nuestro Señor Dios, ò à la Virgen su Madre, ò à otro Santo, ò à Santa, incurre en las penas de leyes de las paridas, que hablan en esta raxon.
- 3 Blasphemantes in Beatissimam Virginem, ac etiam Sanctos incurruunt in omnibus, que incurruunt blasphemantes Deum.
- 4 Blasphemii reputantur, qui insamant Euangelium.
- 5 Cavallero, ò escudero que tenga tierra, que si denostare à Dios, ò à Santa Maria, quibus pœnis puniatur per l. parida pro prima & cæteris vicibus? Et quid de cæteris vicibus? num. 5.
- 6 Blasphemans in Curia, vel intra quinque leucas, qua pœna puniatur iure Regio?
- 7 Blasphemis pœna in homine nobili in quam commutetur ex Cantera? Renegans non Deum, nec Virginem Mariam, sed alios Sanctos, in quam pœnam incurrat eodem num. 7.
- 8 Blasphemantes scienter, & maledicentes personarum Regiarum quibus pœnis puniatur?
- 9 Audientes alium blasphemare possunt eum capere, & in carcerem detinere.
- 10 Blasphemis alia verba, & pœna ponuntur, & n. sequentibus.
- 11 Iudices dispensantes in pœnis blasphemis puniuntur eisdem.

De blasphemis punibilibus per leges huius Regni, & de earum pœnis.

QVÆSTIO LIX.

**Q**UÆRO nunc quas blasphemias & iuramenta, & quibus pœnis leges huius Regni, & præcipue huius tituli puniant? Et in hoc deduco sequentes summarias conclusiones à nostris legibus Regiis huius tit. quarti gratia clarioris intellectus: postea verò alias quæstiones proponam in praxi perquam viles. Prima conclusio. Qualquiera que renegare, ò denostare à nuestro Señor Dios, ò à la Virgen su Madre, ò à otro Santo, ò à Santa, incurre en las penas de las leyes de las paridas, que hablan

en esta raxon. Assi lo dispone la ley 1. deste tit. 4. l. 8. de la nueva Repop.

2 Iure communi omnia suspectis tradita de blasphemantibus Deum habent etiam locum in blasphemantibus Beatissimam Virginem, ac etiam Sanctos, vt in specie tradunt Angel. de malef. verbo verba iniuriosa, num. 14. Bonifac. de Vital. in tit. de pen. blasphemant. num. 3. D. Couarru. in cap. quammis pactum, 1. part. §. 7. num. 9. sub versic. sexto hinc, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 375. num. 14. vbi quod quando Virgo Maria Mater Dei, vel Sancti blasphemantur: Deus ipse blasphematur, Fab. à Monteleone in practica arbitr. part. 4. fol. 249. num. 70. Arnald. Albert. de agnosc. assert. cathol. & heres. quest. 6. num. 23.

3 Vbi quod & blasphemii reputantur, qui insamant Euangelium. Mascard. vol. 1. de probat. conclus. 195. num. 4. quos refert & sequitur Farinac. in suis quæst. crim. 1. p. quest. 20. num. 25. & 26. vbi num. sequenti, late probat non eadem pœna mortis, qua iure communi ciuili puniunt blasphemans Deum, esse puniendum blasphemantem eius Sanctos, sed pœna aliqua extraordinaria, vt putà lingua.

4 Sed iure Regio partitatum, de quo fit mentio in hac nostra l. i. hoc est, per l. 3. tit. 28. p. 17. El Cavallero, ò escudero, que tenga tierra, si denostare à Dios, ò à Santa Maria, por la primera vez pierde por año lo que tuuiere del Señor, y la segunda vez por dos años, y la tercera por toda la vida: y si no tuuiere tierra, y tuuiere cavallo, y arma pierda la por la primera vez: y si no lo tuuiere, y tuuiere una bestia la pierda, y si no la tuuiere, ò ouiere panos menores se los quite el señor, y le aparta de si, y si el señor no lo hiziere peche al Rey doblado quanto el Cavallero, ò escudero del señor tenia. Et si en todo esto año orro alguno lo recibiere echando lo el señor de si, ò partiendolo el del por esta raxon, peche por el doblado quanto del señor tenia. T si lo tuuiere Cavallero, ò escudero, que no tenga ninguna cosa del Señor que lo hecho de si, peche por el cient marauedis. T si qualquiera de los sobredichos en esta ley, ò en la antes desta denostare à otro Santo incurra en la mitad de la pena sobredicha. Que lex dum duplo maiorem pœnam imponit his, qui blasphemant Beatissimam Virginem, quàm eis qui cæteros Sanctos, iustissima est secundum D. Simanc. de institute. cathol. tit. 8. num. 8. in fin. Conar. vbi supra, dict. n. 9. versic. nono hinc patet, & D. Azeued. in dict. rub. huius tit. 4. num. 28. ad fin. & inquit Gregor. Lopez in d. l. 3. gloss. 2. esse menti tenendam d. l. 3. quia in hoc seruati iubetur per l. 1. tit. 8. lib. 8. ordinamenti. Maximis enim blasphemis annumeranda est illa, quæcumque dicta fuerit contra Sacratissimam Virginem: cuius rei exemplum mirabile Nicephor. commemorat lib. 18. Histor. Eccl. cap. 33. & ex eo transcriptit Simanc. in princ. dict. num. 8. Sic nefas est iurare per inmemoram Desipara virginitatem, vt constat ex prædictis, & tenet Sor. lib. 8. de iustit. & iur. quest. 2. artic. 3. versic. secuti nefas est: & sic iurans vt blasphemus puniretur, si credimus Conar. d. 1. part. de pallis in 6. §. 7. num. 9. versic. decimo, & Azeued. in l. 6. huius tit. num. 37. & 38. sed nititur in quibusdam const. Curiar. Madrititibus, e. 68. à n. 1528. & e. 34. Curiar. de Madrit. ann. 1570. quæ tamen non sunt insertæ in hac noua collect. reg. ideoque caret fundamentum.

5 Mas el ciudadano, ò morador en Villa, ò en aldea, que denostare à Dios, ò à nuestra Señora Santa Maria, por la primera vez pierda la quarta Praxis Criminalis.

parte de todo lo que ouiere, y por la segunda vez la tercera parte, y por la tercera la mitad: y si de ay adelante lo hiziere de ser bechado de la tierra. T si fuere otro hombre de los menores que no tenga bienes, por la primera vez tiene pena de cinquenta açotes, y por la segunda que le seualen con hierro caliente en los besos, que sea hecho à semejança de B. por la tercera vez que le corten la lengua, ita disponit l. 4. d. tit. 28. part. 7.

Si fuere rico home el que denostare à Dios, ò à Santa Maria, por la primera vez pierda la tierra que tuuiere por un año, y por la segunda vez por dos años, y por la tercera vez la pierda de llano, vt in l. 2. tit. 28. vbi Gregorius Lopez in glossa, primera vez, inquit quod istas pœnas approbat nostra lex. cum adiectione tamen, quæ lex 2. titulo 8. libro 8. ordinamenti, hodie l. 2. nostri tituli quarti facit, quæ in adiectione illius pœna videtur intelligenda de denegantibus Deum, in quibus Gregorius Lopez arbitratu practitari pœnam abscissionis lingue, de qua in dicta lege 2. quam arbitratu inferendam esse etiam pro prima vice, cum ea lex non exigat consuetudinem, & veniat adiectione pœnam legibus partitatum, & in homine cuiuscumque conditionis, vt per eundem Gregorium Lopez in dicta lege 4. glossa 2. & tenet alios allegans Azeuedo in hac lege 1. num. 10. Sed hodie nouis constitutionibus praxis alias repositæ huius criminis pœnas, vt dicimus infra in quinta conclusione. Et hæc sufficiunt circa primam conclusionem principalem supradictam.

Secunda conclusio. Aliende de la dicha pœna qualquiera que blasphemare de Dios nuestro Señor, ò de la Virgen Santa Maria en la Corte, ò dentro de las cinco leguas, incurre en pena de que le corten la lengua y de cien azotes publicamente, y si blasphemare fuera de la Corte incurra en pena que le corten la lengua, y pierda la mitad de sus bienes, la mitad de los para el que lo acusare, y la otra mitad para la Camara del Rey: y assi lo dispone la ley segunda deste titulo: cuius meminit Gregorius Lopez vbi supra, & D. Couarruolas de pallis in sexto, prima parte, §. 7. sub numero 11. vbi quod nouis constitutionibus praxis alia repositæ huius criminis punitionem, nempe l. 5. infra in hoc titulo de qua in quinta conclusione infra ponenda. Tameñ Didacus Perez in lege 2. titulo 8. libro 8. ordinamenti, pagina 209. columna 1. in fine, & columna sequenti aliud velit, dicens quod cum ratione loci magis grauetur delictum, meritò acerbissima pœna flagellorum, & abscissionis lingue venit puniendus blasphemans in Curia Regis, vt in præfenti lege sanctè sancitum est, & quod ad litteram esset seruanda, vt delinquentes in lingua in ea puniantur, pro vt iuris æquitas & ratio expostulat, vt in cap. an sit ibi, cum in eo quis puniendus sit, in quo deliquit, de appellacionibus, capite pastoralis de iure patronatus, & in aliis iuribus, quæ ibi ad hoc allegat. Ita tamen lingue fixio secundum eundem Couarruolam vbi supra, & Didacum Perez vbi supra, pag. 207. columna 1. in fine, quibusdam in locis practicatur, alibi loco fixationis verberibus afficitur, ac ligno premitur lingua blasphemantis, quod lignum Hispanè mordaza diximus, refert Azeuedo in hac nostra lege 2. numero 17. ad finem, & numero 18. vbi numero 19. quod aliquando blasphemano lingua perforatur, & ex causa hoc fieri posse secundum Afflic. quem refert, & quod



si aliquando honorabilis persona incidat in hoc delictum, potest cum eo haberi misericordia dando magnas elemosinas. Et tandem inquit Azeuedo, quod in harum poenarum impositione abscondendi, aut perforandi, aut ligandi linguam plurimum praeualebit conclusio.

Ego vetò iure nostro Regio prohibitorum expressè inuenio iudicibus sub poena, ne dispentent in aliquo cum blasphemis, sed in eos non habita distinctione personarum exequantur leges huius tituli quarti, & poenas in eis contentas per l.20. titulo 6. lib.3. noua collect. regia. Et ideo quod praedixit Azeuedo nempe, quod cum honorabili persona potest in hoc haberi misericordia dando magnas elemosinas, verum non puto in his Regnis saltem in foro seculari, in Ecclesiastico tamen potest ex causa locum habere.

7 Vltius circa eandem nostram l.2. oblectauit Cantera cap.3. de blasphem. num.5. pagina 450. in principio, quòd loquatur etiam pro prima vice, considerata tamen qualitate personae & blasphemie: nam licet poena dicitur l.1. sit posita ita generaliter, credit intelligendam esse in homine vili, nam in nobili vito, & alicuius qualitatis commutaretur illa poena in alia pecuniaria, vel in exilium, vel in alia simili poena. Cui obstat ea d. l.20. supra citata, ipsa tamen non loquitur in iudicibus superius Curiae Regis, quorum praxis in hoc seruanda erit, sed tantum in assistente, gubernatoribus, praetoribus, & aliis iudicibus syndicatorum Regni, in quibus seruanda est.

¶ Et poenam dist. leg.2. non incurret dicens aliquam blasphemiam ex grauibus contra aliquem Sanctum, vel Sanctam, non contra Deum vel Beatissimam Virginem Mariam, putà dicendo, veniego de tal Sancto, ò Sancta, licet grauius sit puniendus, quam si diceret alias minores blasphemias contra ipsos Sanctos, secundum Azeuedo in dist. leg.1. numero.21. & 22. tametì sub dubio, & maiori deliberatione.

8 Tertia conclusio. Los que de malicia blasphemar, y dizen palabras injurias, y feus contra el Rey, ò Reyna, ò contra su estado Real, ò contra el Principe, ò infantes sus hijos, y contra qualquiera dellos: si fuere hombre de mayor guisa, y estado sea luego preso por la justicia do esto auerficere, y le embien preso al Rey para que le mande dar la pena que entendiere que merece. Y si fuere hombre de ciudad, ò villa, de qualquier ley estado, ò condicion que sea, si nuuere hijos de bendicion pierde la mitad de sus bienes para la Camara del Rey, y la otra mitad es de sus hijos: y no los teniendo pierde todos sus bienes, las dos partes para la Camara del Rey, y la otra tercera parte para el acusador. Y los bienes que assi pierden se entienda sacados las deudas, doze, y arras de su muger. Y si el que assi blasphemare fuere Conde, ò rico hombre, ò Cavallero, ò Escudero, ò otro hombre de gran guisa, la justicia ha de hazer pesquisa, è embiar à hazer relacion de ello al Rey. Y si algun feytle, ò clérigo, ò hermitaño, ò otro Religioso dixere alguna cosa de las sobredichas, le prendan y embien preso à buen recaudo al Rey: assi lo dispone la ley tercera, de este titulo, quam nouissimè legit, D. Azeued. ibidem.

9 Quarta conclusio. Qualquiera que oyere blasphemar à otro le puede prender por su propria

amboridad, y atraerlo à la carcel publica, y poner en cadenas, ita disponit l.4. huius tituli quarti, quam ad hoc citant ibi. Azeuedo in principio, & Don Ioan Vela de delict. cap.4. num.10. Quoniam huius criminis accusatio cuiuslibet de populo competit, vt testantur Barthol. & ferè omnes in leg.1. D. de publicis iudic. Imò hodie in nouissimis pragmaticis, qualquiera que oyere blasphemar à otro, y no le denunciarre ante el juez tiene pena de non mes de carcel, como tambien lo nota Don Ioan Vela, vbi proximè, num.11.

Quinta conclusio, qualquiera que dixere, (ò despecho de Dios, in despectum Dei, les blasfemo, quicquid dixerit Baldus in cons.476. lib.3. incipit: Ille qui dicit, nam eius sententia ferè ab omnibus repudiatur: nam hæc verba nullo modo possunt à blasphemie culpa excusari, quandoquidem manifestè tendunt in derogationem potestatis diuinæ, quasi blasphemus veller agendum esse etiam si Deus omnipotens noluerit, quò quidem sensu Dei omnipotentis maiestatem lædi nemo est qui non videat, atque ita Baldi sententiam resellunt Imol. in l. his verbis, §.1. D. de hered. inst. Boëtius de off.301. Grammatic. decisione 50. & in pragmatica Regni nostri hæc verba annumerantur.

Sexta conclusio, en la misma constitucion se 11 condena tambien y castigan por blasfemas las palabras siguientes, si alguno dixere, (ò non creo en Dios, veniego de Dios,) quoniam grauisimum blasphemie crimen est Deum cuius nutu conditi sumus, cuius prouidentia gubernamur abnegare, & quod prodigiosum est Deum ipsum renegare, quæ verba fidei atque eius confessioni aduersantur, secundum ea quæ considerat Couarruias vbi supra, §.7. num.12. versiculo, secundo.

Eodem modo damnatur illa verba, malgrado aya Dios, quæ cum tribuant Deo quod ab omnino alienum est, nihil enim malè Deo potest accidere, manifestam continent blasphemie culpam. Item & illa, no ha poder en Dios, quæ potestati Dei omnipotentis aduersantur, & tandem illa, pese à Dios, Deum tædeat, displiceat Deo: quæ detrahunt sanè excellentiæ diuinæ, non enim conuenit Deo displicentia nisi de his quæ ab hominibus prauè committuntur.

Ex quibus deduci potest quid dicendum sit de verbis illis, por vida de Dios, per Dei vitam, quæ Carolus Imperat. apud Toletum anno 25. eadem qua cæteras blasphemias damnauit. Et profecto hæc Oratio, per Dei vitam, non habet eum sensum quem illa, vivis Deum, quia cum dicimus per Dei vitam non inuocamus Deum simpliciter in testem, sed est execratorium verbum, quemadmodum & illud, per vitam patris, etenim salutem patris quis in poenam attingit, & vltionem si aliter res est, quam is affirmat. Vnde blasphemata est maxima, per Dei vitam iurare, aut execrari, quia ipsam Dei vitam designat: quia ita execratur vltioni ac si Deus de seipso supplicium sumere posset. Deinde ex his verbis significatur, vitam Dei posse finiri, & eam mortalem esse, quod admodum blasphemum est, sequitur Menoch. lib.2. de arbitria iud. cent.4. casu 375. num.12. ¶ Tiber. tamen Decian. in 2. part. tract. crimin. lib.6. cap.2. num.13. referens scriptam præd. verba, Couarru. inquit quod quicquid sit per leg. Hispaniæ sancitum, & sic per hanc nostram l. regiam, quia in hoc

Regno

Regno fortè ex communi vsu loquendi verba illa, per vitam Dei, sonabant blasphemiam, putat quod sit verè blasphemia tatum verborum prolatio, non lecus ac si diceret per Deum, nisi animo execrandi & iniuriandi, & contemnendi proferentur hæc verba, quia tunc transiunt in blasphemiam. ¶ Sed nos in his Regnis habemus præd. l. regiam expressam præcipientem, iurantem per Dei vitam incurtere in poenas impositas à l. præcedenti blasphemis, & sic non est locus disputationi, & opinio Couarru. approbatur in hac nostra l.6. imò etiam ea non itante adhuc vera esset opinio Couarru. provt eam probat & defendit contra Decian. vbi supra, D. Azeued. in d. l.6. num.35. cum Soc. lib.8. de iuris. & iur. q.2. artic.3. & eodem lib. quæst.1. artic.6. ¶ Ampliatur vt iurare per vitam sanctorum sit etiam blasphemia, vt per Azeued. vbi supra. Peretz part.11. de blasphemis sub cap.282. vers. postquam de malitia, pag.778.

13 Septima conclusio. En los casos, que se ponen penas corporales à los que blasphemar de Dios nuestro Señor por las premarias de los Reynos, an de ser demas dellas condenados en diez años de galeras: y en el caso, que conforme à ellas, en la especie y generos de juramentos en ella contenidos, por la tercera vez se pone pena de enclauar la lengua, demas de la dicha pena en el dicho caso han de ser condenados en seys años de galeras, ita disponit l.7. huius tit. quod ita prædicatur secundum additionem Didac. Peretz in d. l.1. tit.8. lib.8. ord. pag.207. dicentem esse iustissimam hanc additionem poenæ.

14 Octava conclusio. Los jueces han de executar las leyes contra los que dizen mal à nuestro Señor, y à nuestra Señora, que son las arriba referidas, y las penas en ellas contenidas en las personas que contra ellas fueren y passaren sin excepcion de personas de mayor ò menor condicion, so pena que si dispensaren en ellas en poco, ò en mucho, passen ellos la pena que el transgressor de las dichas leyes auia de passar, assi lo dispone el cap.25. de Corregidores, que es la l.20. titulo 6. lib.3. desta nueva Recop. de qua supra in 2. conclus. & contra iudices & Principes super his impiis blasphemis conuenientibus oculis pertranscuentes pluribus rationibus inuictur Tyber. Decian. d.2. tom. tract. crim. cap.6. num.27. tenentur enim honorem Dei ardentissime vindicare argum. text. in cap. non inuenitur, 23. qua. & c. Imperatores, 11. quæst.4. & in specie, Petrus eos mouet in tract. de syndic. sub tit. de reg. princ. & Duc. excessi. num.12. nam si iniuriam suam, imò & cuiusque priuari accertimè & vsque ad interitum vindicare solent & debent, quomodo possunt hortendas blasphemias in Deum creatorem patrem & saluatorem nostrum patientia execranda relinquere impunitas? Ea namque quæ in nos committuntur facile possimus dimittere: ea vero, quæ in Deum commissa sunt, cum magna diceretione, nec sine poenitentia possumus relaxare c. si u. qui 23. quæst.4. nec enim dissimulare debemus illius opprobrium, qui proba nostra deleuit, Cod. de delat. lib.10. num.6.

S V M M A R I V M.

1 Blasphemus an sit, qui dixerit, hoc fiet à despecto de Dio, sicut Doctores Itali referunt Praxis Criminalis.

ferunt. Affirmatur. Ampliatur, num.2. in eo, qui dixerit, Deum, tædeat, Deo displiceat, Et huius similia. Et in num.3. idem probatur indicente, al despecho de la Virgen, vel Sancti Pietro, vel Sancti Paulo, & sic de aliis Apóstolis & Sanctis.

4 Blasphemus est, qui prouulerit verba illa, malgrado aya Dios, idem in dicente, no ha poder en Dios, vt in num.5.

6 Blasphemus an sit, qui dixerit verba illa, abnego Deum, vel non credo in Deum.

7 Blasphemus an sit, qui dixerit, deuoueo Deo, vel deuoueo à Dios.

8 Blasphemus est manifestus, qui dixerit, teniego de Dios, ò de la fe, ò de crisma que recibí.

9 Blasphemus est ille, qui in Christianam fidem aliquid iniuriòse obiecerit, & 8. vel Deum iniustum, aut impronitum esse, vt in numero 10.

11 Blasphemie sunt quinque verba in Hispania damnata, de quibus hic.

12 Blasphemia an sit dicere, viuít Deus.

14 Blasphemia an sit dicere, sicut Deus est veritatis, vel, vt Deus est filius Virginis Mariæ, & similia sic, quod aliter est verum.

De dicente hoc fiet à despecho de Dios, an sit blasphemus.

Q V A E S T I O LXII.

¶ V E R O in proposito an sit blasphemus, qui dixerit, hoc fiet à despecto de Dio, sicut Doctores Itali referunt: Et in hoc Bald. consil.476. ille qui dicit, lib.3. in ea est sententia, vt opinetur verba illa ad blasphemiam non pertinere ex communi vsu loquendi, quia potius sunt verba iniuriòsa: cumque sensum habere videntur, quod sicut multa fiant Deo nolente speciali concursu, & quæ diuinæ Maiestati displicent, ita & hoc malum fiet, etiam si Deo displiceat, quibus verbis non derogatur immense Dei potestati, quam opinionem imprudenter sequitur Alexand. in additione, ad Bart. in l. apud Labeonem, §. ait prator. ff. de iniur. & Pelinus in præm. Decretal. num.11. Angel. in l. his verbis, §. i. ff. de hereditat. institutend. & sequi videtur Socin. consilio 119. præsupponitur in facto, num.4. volum.4. & nonnulli alij.

Sed nihilominus contrarium est verius, & tenendum, tum iure communi, tum etiam iure nostro regio: imò quod præd. verba sint blasphemata: non enim possunt villo modo à culpa blasphemie excusari, siquidem manifestè tendunt in derogationem potestatis diuinæ, quasi huiusmodi blasphemus velit id agendum esse, etiam si Deus omnipotens noluerit quò quidem sensu omnipotentis Dei Maiestas læditur. Et ita Baldi sententiam contrariam falsam esse meritò censent Imola in dist. leg. his verbis, §.1. Socinus, consil.102. lib.1. Boëtius, decisione 301. qui in principio illius decisionis affirmat hanc opinionem esse vetiorem, tam secundum Theologos, quam secundum Canonistas, & Legistas: idem etiam iudicauit

N 2 Consilium



Consilio Neapolitan. vt attestatur Grammatic. *decisione 50.* & super constitutione Regni *folio 1.4. columna 3.* quos referunt & sequuntur hanc opinionem D. Couarruias *ubi supra, numero 9.* & Clatus *diel. 5. blasphemiam versiculo, sed nunquid,* dicens quod apud illud dominium non solum reputatur blasphemia, sed etiam connumeratur inter atroces, ita declarante Senatu 2. Augusti. anno 1556. & 14. Iunii, 1550. sequitur Menochius *de arbitrar. iudic. libro 2. cent. 4. casu 375. numero quarto, Mascard. de probation. primo tomo, conclusionem 194. numero quinto & sexto.* Hanc observant Veneti in tota sua *diuisione, & est in puncto iuris verissima 2. Decianus secundo tomo, tract. cap. 2. num. 4.* vbi alios allegat & eam late probat, & est non solum magis communis, sed etiam vetior secundum *Farinacium in suis questionibus criminal. prima parte, questione 20. num. 15.* & dictum Baldi contrarium *ubi supra,* est communiter ab omnibus reprobatur secundum *Azeued. in Rubrica, huius tituli. 4. num. 19. & in l. 1. numero 3. eiusdem tituli.* & in his Regnis Hispania hoc expressè eorum habemus in *d. l. & conclusi. 5. ibi, y deshecho de Dios,* & ita obseruandum est proculdubio in praxi.

2. Ampliatur precedens magis communis sententia contra Baldum, vt procedat etiam, & idem sit in eo, qui dixerit: *Deum tadeat, Deo displiceat,* & his similia: per hæc enim & similia dicitur quis blasphemus, ita D. Couarruias *ubi supra, diel. num. 9. versiculo 5. idem Soto de iuris. & iur. lib. 8. quæst. 2. artic. 3. pag. 697. colum. 2. Decian. d. lib. 6. cap. 2. num. 8. Magister Bañez in secunda secunda, quæst. 13. artic. 1. in fin. & Azeued. contra Ludouicum Lopez in diel. l. 5. num. 5. & Farinac. diel. quæstion. 20. num. 14. post Menoch. diel. casu 375. num. 11.* Vbi tamen hoc procedere declarat, quando huiusmodi verba sunt prolata super facto licito, quod Deo non displicet, scilicet si super facto illicito, vt putat, si dicatur, *displiceat Deo quod sanus exerceam, quod adulterium committam,* & similia: ex quo enim hæc vt illicita & peccata Deo displicent, idè non erit blasphemia sic dicere, sequuntur hanc declarationem *Decian. & Farin. ubi supra,* nec dissentit *Claud. ad Bertaz. conf. 553 verbo, ob hæc concurro.*

3. Ampliatur secunda eadem magis communis sententia, vt blasphemia quoque sit dicere *al deshecho de la Virgen, vel san Pietro, vel san Paolo,* & sic de alijs Apostolis, & sanctis, vt optinè probat *Tiber. Decian. diel. cap. 2. num. 5.* vbi tamen fateatur quod cum maior reuerentia debeatur Deo quam sanctis, atrocior erit blasphemia, quæ directè in Deum dirigitur, quàm quæ in sanctos, licet mediatè & per indirectum blasphemetur Deus. Grauior tamen est blasphemia in *Virginem Mariam,* quam in alios sanctos, vt per *Abb. in cap. fin. nota. de maledicti. & idè* quando pœna remittitur arbitrio iudicis, maior esset inferenda blasphemantibus gloriosam *Virginem Mariam,* quam sanctos, vt ibi per *Abb. & Anan. col. 2. in fin. quos refert & sequitur Azeued. in d. l. 5. num. 7.* qui num. præcedenti addit quod quando quis blasphemat circa sanctos Dei, vel aliquem eorum, non incurritur integra pœna, *diel. l. 5. sed dimidia ex l. 3. tituli 28. part. 7. nam cum in d. l. 5. nihil prouisum sit de Sanctis seruetur dispositio d. l. partitæ circa eos specialiter dispositis. Et tandem inquit quod ita* 4. prædicatur quotidie. ¶ Similiter verba hæc: *mal*

*grado aya Dios,* manifestam habent blasphemiam culpam, vt in *d. l. 5. tribuit enim sic blasphemans Deo id, quod est omnino ab alienum, quia Deo nihil mali potest contingere, vt inquit Couar. ubi supra, d. num. 9. vers. tertio in eadem quem refert, & sequitur Azeued. in d. l. 5. num. 4.*

Idem in dicente, *no à poder en Dios,* vt in *d. l. 5. & Couar. d. num. 9. vers. quarto eadem constitutione, & Azeued. in d. l. 5. super eisdem verbis, vbi num. 5. idem esse dicit in illo, qui dixit: non lo por far Dio, vel non lo porrehbe far Dio, vt per Decian. d. cap. 2. num. 6.*

De verbis autem illis, *abnego Deum, non credo 6 in Deum,* obseruandum esse crimen Apostasie, si ad falsam affirmationem, aut negationem referantur: nam qui ait se non credere in Deum, nisi id quod falsum esse verum sit, iam Deum difficitur, quod si ad verum referantur, blasphemata erunt dicta verba, quoniam Deus sub hac forma non allegatur in testem, sed potius eius nomen blasphematur, quia diuinæ Maiestati tribuitur, quod aliquo casu temerè negari possit, ita probat & tenet *D. Couar. ubi supra, i. part. de pallis in 6. §. 7. num. 9. vers. secundo, sequitur Menoch. d. casu 175. num. 10. Decian. d. lib. 6. cap. 2. n. 7. & Canreta, cap. 3. de blasphemis, num. 3. pag. 447. vbi late hoc probat.*

Idemque etiam deduci valet à nostra, l. 5. huius tituli. relata in *5. conclus. supra dicta, ibi, d. otras tales, y semejantes palabras que las susodichas en su ofensa,* cum præcederent verba illa, *descreo de Dios, &c.* Et præterea ex *l. 6. eodem tituli, ibi, y no creo en la fe de Dios, &c.* & ibi, *y otras juramentos malos y feos en desfacato de nuestro señor* his namque similia sunt dicere, *abnego Deum, non credo in Deum, &c.* & ita receptum est longa consuetudine *2. Menoch. ubi supra, diel. num. 10.*

Idem probat *Couar. diel. num. 9. vers. septimo, 7 in verbis illis, denueco Deo, denueco à Dios,* quotum regia constitutio Toletana meminit (nempe anni 25. in *Curtis de Toledo, cap. 75. hodie posita sub l. 6. huius tituli. 4. vt in margine eius cauetur ex aliquibus præcedentibus.* Hæc namque verba ferè eundem sensum habent, quem illa, *descreo, non credo in Deum, abnego Deum,* id est, *malédico Deum:* & quòd hoc vltimum sit blasphemia probat latissimè *Decian. diel. lib. 6. cap. 2. num. 9.* Illa autem oratio *uoueo Deo,* non tam ad iuramentum, quàm ad expressum votum, pertinet: quam ob rem cum hæc verba ad futurum aliquid referantur quod pollicemur, voti formam, & speciem habent, ideoque tunc ad voti materiam attingit, & inspicendum est, quid fuerit promissum. At si nihil promittatur futurum, sed velut iuratoria verba profertur assertionis, aut negationis, ineptissima locutio est, cum Deus in testem minimè allegetur, sequitur utrumque *Azeued. in l. 6. huius tituli. num. 43. cum seqq. vbi late probat.*

Similiter blasphemia erit manifesta, eisdemque pœnis veteris pragmaticæ, ac *Toletanæ.* Ipnitur, dicere, *abnego fidem, aut christma quod recepi, reniego de la fe, o de la christma que recibí,* legeque *Madriditica improbara atque punita,* posita sub *l. 6. huius tituli. 4. vt in margine eius obseruatur:* ita tamen *D. Couarruias d. i. part. de pall. in 6. §. 7. num. 9. vers. undecimo, & Azeued. in diel. l. 6. num. 37. contra Auend. cap. 5. per totum, n. 16. lib. 2.*

9. Sic etiam blasphemia est, si quis in Christianam fidem aliquid iniuriosè obiecit, quod eius auctoritati, & certitudini deroget, quasi verè in Deum ipsum fidem audorem, & pattonum dictum esse videatur, cum fides Catholica ab auctore ipso certitudinem infallibilem habeat, vt cum *Socin. quest. 119. lib. 4. probat D. Couar. ubi supra, d. n. 9. vers. duodecimo.* Omnes enim, qui in Deum, vel eius contemptum iniuriosa, vel obscena, vel turpia verba profertur, blasphemii sunt, & blasphemiz pœnam subire debent, vt probat late plurimos allegans *Farinac. d. 9. 20. num. 16. 10 & 17. 11.* Vbi etiam infert ad eum, qui dixit Deum iniustum, vel improuidum, vt per *Menochium d. casu 375. num. 17.*

11. In summa *Dominicus à Sor. lib. 8. de iust. & iur. quæst. 8. n. 3. vers. 13.* inquit blasphemia sunt illa quinque verba in Hispania damnata, scilicet, *non credo in Deum (seu vt fingunt, de Deo diseredo) item de Deo renego,* quod est ipsum abnegare, & abiurare, & *pefe,* hoc est, Deo displiceat, *enunque tadeat huius, aut illum rei, ac demum, per Dei vitam:* & quod prima tria genera significationem infidelitatis habent, & fidei abiectionis; quamuis huiusmodi blasphemiz re vera non sint apostasie, vt ibi probat. Inquit tamen quod de fide blasphemare, quam in baptisimo profitemur, etiam apud *Turcas & impietissimos idolatras* esset horrendum: & quod idè hoc est æstimanda huius impietatis immunitas de sola civili pœna, quæ leuissima est, ceteris, quia est citra controuersiam latissimè grauior culpa apud Deum, quam homicidium, quando quidem est fidei contraria, quæ ad primum legis mandatum attingit, ob idque Inquisitores etiam hereticæ prauitatis in blasphemos solent animadvertere: imò antiquitus pœna accertima mortis præbetur blasphemis. *Leuitic. 24.*

12. Quamuis autem iurare per vitam Dei sit blasphemia, vt supra probauimus, dicere autem *vinut Deus,* illa non est, sed nefandissima execratio, vt optinè in proposito probant *Sot. ubi supra, ibi: sicut nec illud, & Couar. d. num. 9. vers. 6. & constat ex adductis per Decian. diel. cap. 2. num. 13.*

13. Illa autem verba, *sicut Deus est veritas, vel ve Deus est filius Virginis Mariæ,* & similia sic, quod asserto verum est, si blasphemiz non sunt saltem proximè accedunt, quocirca dum falsitas sic affirmatur, credissimum est periculum blasphemiz affine. Et quando affirmatio veritate pollet non tamen esset à blasphemia longè distans: nam quamuis veritas, vt ajunt Philosophi, eo quòd adequatio est rei ad intellectum, ac proinde in indiuisibili consistens, non recipiat magis & minus, tamen quia diuinæ veritates ipsissime sunt veritatum omnium fontes, non sunt à nobis accessibiles, atque ideo insolentissima superbia est tantam nobis fidem arrogare, vt veritates caducas nostras cum illis sempiternis conferamus: ita *Soto ubi supra, vers. ad hæc profecto, & in relect. de iurament. cap. 6. quem refert & sequitur Couar. ubi supra, d. num. 9. vers. undecimo,* addens quod imò est quedam hæc non infama blasphemiz species, quæ vel à nostra superbia procedit, vel nostra infimatur tracundia dum tantam nobis fidem præstari affectamus, qui & decipi sollemus & decipere, contra inuicibili debetur veritati diuinæ ynde queritur, quod hæc blasphemia eadem lege regia ad hunc & eundem modum puniatur, quod etiam probauit late *Azeued. in diel. l. 6. num. 37. cum sequentibus, vbi Praxis Criminalis.*

hoc intelligit verum, nisi ex coniecturis appareat similitudinariè, non verò comparatiuè esse talia iuramenta prolata, prout distinxit *Metinna in sua instruit. confess. in expositione, 1. præcepti, §. 2. vers. mas si dice, pag. mibi 70. colum. 2.* quem sequuntur *Ludouic. Lopez in 1. part. suis instruit. conscientie, cap. 51. vers. in super aduerto, pag. 1. 8. & iterum latinus in eodem lib. cap. 182. vers. tertio de isto, pag. 778. vbi idem vult de illo, qui dicit, hoc est verum sicut Euangelium, volens exaggerare verum esse quod dicit: & distinctionem præd. *Metinnæ* sequitur etiam *Fr. Emanuel Rodriguez in summ. in 1. part. cap. 34. num. 2. ¶ Nihilominus Azeued. ubi supra, num. 40. verius iudicat cum Soto, & Couar. in dubio, nisi aliud appareat, verba prædicta comparatiuè esse prolata, & non similitudinariè, & idè, nisi aliud probetur, vt blasphemia esse punianda: sed quod multum proderit ad elidendam hanc animi blasphemii coniecturam bona fama iurantis, quod non est consuetus iurare, vt saltem de blasphemia non puniatur, si aliud in contrarium non probetur, scilicet de malo animo iurantis, & protestatiuè affirmantis à se dictum esse verum sicut Deus est veritas, vel sicut Euangelium, &c. Quæ sententia mihi satis placet, & ita merito *Azeued.* allegat pro sua opinione, cap. 34. *Curtiarum de Madrid anno 1528.* quo cum hoc fuerit expressè petitum, respondetur, *que esto es la faz proueydo por las leyes, y prematias de estos Reynos, que cerca dello disponen, y especialmente por la ley y prematia fecha en las Cortes de Toledo el año pasado de 1525. la qual manda que se guarde y execute, que es la l. 6. deste tit. referida en la 6. conclusion arriba puesta,* quibus verbis satis hoc insinuatur, quicquid aliud velit *Auend. 2. part. cap. 5. num. 16. prat. vers. & sic, ibi, & sic ultra.***

S V M M A R I V M.

1. Index competens quis sit ad puniendos blasphemos? & num. seqq.
3. Punitus ab vno iudice, ab alio non plectitur.
4. Iudice Ecclesiastico prauiente contra laicum blasphemum in huius criminis punitione, leuiter tamen eum puniunt; an iudex secularis possit de huiusmodi causa iudicare, & pœnam supplere? Et quid quando iudex Ecclesiasticum prædictum reum inique absoluit, num. 5. & 7. & 8. Et numero 6. quid è conuerso, quando iudex secularis prauent in huius criminis cognitione.
6. Blasphemus laicus se ipsum denuntians coram iudice Ecclesiastico, an mitius puniatur.

De iudicibus competentibus ad puniendos blasphemos.

Q V A S T I O L X I I I.

¶ V A R O præterea, quis sit index competens ad puniendos blasphemos? In quo obseruandum est, quod propter offensam Dei blasphemiz crimen est mixti fori, text. in *cap. 2. de maledic. & ibi Cardin. & Anan. Felin. N 3 &c.*



& Decian. in c. cum sit generale de foro comp. vers. aliu est casus. num. 18. Batt. Soc. consil. 119. lib. 4. Auend. 2. part. cap. 5. prat. num. 3. D. Simanc. de instr. Cathol. tit. 8. num. 4. Ignat. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz in pract. crim. Canon. cap. 110. in nouis. in vers. equidem. Didac. Perez in Rubr. tit. 8. lib. 8. ordiu. vers. & punitus. pag. 205. Clar. 5. blasphemia. vers. hoc crimen. Tibet. Decian. 1. tom. pract. crim. lib. 4. cap. 10. in 12. limit. & c. 26. num. 13. & 2. tom. lib. 6. cap. 4. num. 1. estque communis ac receptissima sentent. nostrorum, atque in praxi sepius obrita. cam sequitur Farinac. quest. 20. num. 39. in 1. p. 99. sequitur plures allegans Bouad. in sua Politica de correg. d. lib. 2. cap. 177. num. 77.

2 Ampliat Auend. ubi supra, superiorem conclusionem, vt procedat etiam in Iudæo blasphemante, ex Anchar. consil. 15. & DD. in c. postulasti de Iudæo. l. 34. tit. 3. lib. 8. ord. ver. camque sequitur Farinac. ubi supra, sub num. 41. ad fin. ubi quod ita apud eum seruatur in vrbe, ex quo ibi Iudæi sunt sub protectione, & iurisdictione etiam iudicis Ecclesiastici.

Verum enim verò Anchar. ubi supra, resoluit contrarium in quodam Iudæo, qui ex specula coniecerat inmunditias, & deturpauerat crucem, quam in processione & litanis quidam deferebat cum imagine Christi Domini nostri, nempe, vt punitio huius criminis ad iudicem laicum pertineat, non verò ad Ecclesiasticum, & quod sit puniendus pena mortis. ¶ Rursus d. l. 34. licet præcipiat iudicibus secularibus, vt procedant contra Iudæos blasphemantes, & detestantes maledictas Ecclesias & Christianos, &c. Non tamen priuatiuè loquitur, sicque non tollit cognitionem iudicis Ecclesiastici. Denique cum Iudæi sint iam expulsi à nostra Hispania iussu & pragmatice Catholicorum Regum Ferdinandi, & Elisabeth, non ponitur nec est inserta d. l. 34. in nostra nona collect. legum huius Regni, imò neque est necessaria in his. Regnis ista hæc inuestigatio, quamuis pena mortis iussu sit imponenda in præmissa specie, vt præter Anchar. ubi supra, tenent Paul. Gil. & Menocho. relati, & sequuti per Azeued. in d. l. 6. num. 66. & Farinac. 1. p. quest. 20. num. 68. Sed de hoc videndus est Anton. Theaur. num. 6. in loco statim citando, & dicemus alia q. ¶ Nihilominus tamen in partibus, ubi Iudæi commorantur, sic blasphemantes puniuntur tantum per iudicem secularem, non verò per Ecclesiasticum iuxta text. in cap. de nonnullis de iud. & Anchar. ubi supra, est communis vt ex Steph. Auf. de potest. secul. in 4. reg. num. 17. & Boët. decis. 301. num. 18. & Clar. 5. blasphemia col. vltima, & aliis, & cum hac opinione Anchar. transiit Senat. Pedemont. secundum Anton. Theaur. decis. 243. num. 7. vers. tertio, aduersus Felin. & Anan. in d. cap. postulasti, & Calder. consil. 2. de iudic. & Præpos. in cap. gaudemus, num. 5. vsque in fin. de diuor. eandem contra Auendañ. testatur magis communem Bouad. ubi supra, vers. pero de lau diobas. refert sequitur Tyber. Decian. d. lib. 6. c. 4. num. 2. ubi num. 3. hoc intelligit esse verum, nisi iudex secularis esset negligens in puniendis blasphemantes, vt per Socin. latè consil. 129. n. 8. & sequenti per totum, volum. 4. est communis vt alios allegans testatur Farinac. ubi supra, num. 41. Ampliatio igitur Auend. non est vera & potius est contra communem, nisi præd. modo intelligatur & declaratur.

3 Punitus tamen ab vno iudice ab alio non pleatur: id enim iniquissimum esset, multique

legibus prohibitum l. Senatu, ff. de accusat. l. licet, §. vltim. ff. nau. campou. & statul. c. de his de accusat. c. Prebyter 81. distin. quidquid contrarium velit Tyber. Decian. d. c. 4. num. 1. eius tamen opinio & sequacium saluari potest in casu statim sequenti.

Dubium tamen est circa hoc in praxi sepius 4 me contingens, an si iudex Ecclesiasticus præuenit laicum in huius criminis punitione leuicior quæ penam pro eo laico blasphemato impouit iudex secularis, nihilominus possit de huiusmodi causa iudicare suppletque vique ad condignam condemnationem Et posse tenet Bald. in authentica clericus. C. de Episcopo & clericis. & in l. placet, num. 5. C. de summ. Trinit. & fid. catholice. & probatur argumento text. in c. falsitici, §. per hoc de penis in 6. est communis & in praxi seruanda secundum Couar. in cap. Raynuitus in princip. n. 39. & eundem D. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 10. n. 6. ubi dicit in praxi vile fore & fortassis obseruandum secundum Alciat. in cap. 1. de offic. ordinar. in vltim. gloss. in terminis latissime probat, & tenet appellans eam magis veram & communem Anton. Gomez in 3. tom. var. resol. cap. 1. num. 40. in 4. conclus. Auend. 2. part. cap. 15. prat. num. 18. ubi alios allegat, communis secundum Simanc. de instr. catholic. tit. 8. num. 5. & secundum Iul. Clarum in pract. crimin. §. fin. quest. 57. ad fin. vers. sed quæro, & sequitur Decianus ubi supra, estque opinio verissima & communis secundum Ignat. Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz in pract. crimin. canonica cap. 110. in vers. est equidem, sequitur Auiles in cap. 25. prat. gloss. 1. num. 22. Didac. Perez alios allegans in Rubrica tit. 8. lib. 8. ordinamenti, pag. 205. col. 2. vers. & punitus, diximus lib. 1. canonice. quest. cap. 12. num. 12. cum sequentibus, & sequitur D. Ioan. Vela de pan. delict. cap. 4. in fin. pag. 23. in principio, & plurimos congerens eandem sequitur & communem appellat Bouadilla in sua politic. de correg. lib. 2. c. 17. §. num. 94. ¶ Idem erit à fortiori si reus mixti fori, & sic blasphemus fuerit inique absolutus à iudice Ecclesiastico, id quod est communi omnium consensu receptum secundum D. Couar. ubi supra, in principio num. 6. & Simanc. d. num. 5. & Bouadi. ubi supra. ¶ Aliud esset dicendum si prius fuisset punitus à iudice laico, nam secundum eum non posset deinde ab Ecclesiastico molestari, propt. colligitur ex mente omnium Doctorum, & sequitur Clarus ubi supra, dummodo pena imposita per iudicem laicum, non esset minor illa quam pro eo crimine posset imponere iudex Ecclesiasticus, loquendo de pena corporali, vel pecuniariam licet pena excommunicationis, quam iudices Ecclesiastici passim imponunt, secundum quid sit grauior omni pena temporali, eum tamen tendat potius ad salutem animæ, & sic fit potius medicinalis quam afflictiva, non est in hoc connumeranda inter graues penas secundum ipsum. Attamen quando pena imposita per iudicem laicum esset minor illa, quam pro illo crimine posset imponere iudex Ecclesiasticus: tunc merito quod sicut è conuerso iudex secularis posset supplere iustam condemnationem, ita Ecclesiasticus idem è contra facere possit, vt cum communi resoluit Bouadilla ubi supra, in sua politic. de correg. lib. 2. cap. 17. num. 94.

Licet tamen quando per iudicem Ecclesiasticum non est imposita pena condigna aduersus blasphemum, alioquin reum mixti fori, possit iudex secularis vique ad condignam supplere, vt habet communis præcedens resolutio, mitiorem tamen

tamen penam tunc temporis imponet hic iudex laicus, quam à principio cognouisset secundum Nicol. Boher. decis. 189. & Robert. Marant. de ordin. iudic. 6. parte num. 97. Couar. ubi supra, n. 6. Auend. etiam ubi supra, & nos quoque ubi supra, num. 14. nec non & Ignat. Salzed. admonens, vt iudices Ecclesiastici in puniendis his criminibus contra laicos non benignitate, sed potius rigore vtantur, ne ansa detur iudicibus secularibus vt seuerius eos puniant in ignominiam Ecclesiasticorum tribunalium: eandem moderationem sequitur Azeued. in l. 1. num. 42. tit. 4. hoc lib. 8.

8 Hæc tamen licet ita se habeant, in puncto iuris, omnino solida non videntur; contrarium si quidem imò quod in specie prædicta iudex laicus non possit iterum de eo crimine cognoscere, de quo Ecclesiasticus contra laicum mixti fori processit, & pronuntiauit, nec leuem penam ab eo impositam supplere, tenet Hostiens. in cap. in a de procurat. & ibi Anton. de Butt. columna 2. num. 18. idem Anton. de Butt. in cap. 1. de officio ordinar. columna fin. num. 26. & ibi Immo. l. final. columna, & Alciat. super glossam fin. & Anan. in cap. postulasti de Iudæo, columna fin. in fin. & inquit Ignat. Salzed. ubi supra, quod in actionibus forensibus nunquam vidit hoc penæ supplementum à iudice laico imponi, sicut & nos, nec vidimus inquam plurius annis, quibus in eis sumus versati, quod forsitan contigit, vel quia iudex secularis non teneatur stare processui iudicis Ecclesiastici ad supplendam penam, vel propter maximam incertitudinem, quæ versatur in discernendo, quomodo & quando pena legitime suppleatur vel non: vel quia ad iudicem Ecclesiasticum tanquam digniorem spectat hæc declaratio, & semper declarat condignam penam impositam

9 fuisse. ¶ Ad id ipse quod laici blasphemii plectumque se ipsos denuntiant puniendos eorum iudice Ecclesiastico, & mitius agitur cum sponte confesso quam cum conuicto, cap. Presbyteros 50. distin. cap. in primis versiculo si autem Episcopi, secunda questione 1. cap. innotuit 20. in principio, & in versulo multa, de electione, communis secundum Becom num. 88. Butgen. 25. & ceteros præcipue nouiores, in cap. si clerici, versiculo, si vero de Iudæo, Iulium Clarum, in pract. crim. §. fin. quest. 60. versiculo, non desunt, quod procedit & intelligitur quando liberaliter & sponte quis confitetur, propt. contingit in de vltoneo & sponte denuntiare, vt in nostra specie, secus vero quando quis timore probationis confitetur, tunc enim non agitur mitius cum confesso, quam cum conuicto iuxta glossam, in c. de hoc verbo, in iure, de sumpt. & ibi Anania & Felin. num. 5. Tiraquel. de pen. semper. can. 30. num. 90. Sahagum, in d. c. de clericis, vers. si vero, num. 13. quamuis ipse contrarium ibi cum aliis præcipue Iulio Claro ubi supra, probet, quam perdifficile foret liberalem confessionem distinguere ab ea, quæ fit timore probationis, & ideo merito quod iudices de hoc non curent, vt inquit Iulius Clarus, & Alberic. in l. 1. §. questionum, num. 57. de quest. & dicit nunquam seruari vidisse contrarium, nempe, vt quis propter liberalem confessionem mitius puniatur, estque communis secundum Decian. num. 9. Bero. 91. Mantuan. 3. in d. vers. si vero, eamque bene probat Sahagum ubi supra, num. 14. cum seqq. resoluens confesum & conuictum simili pena afficiendum esse ex illo text. & cap. nos in quemquam 2. quest. 1. cap. cum olim de rerum permutatione. Et tandem num. 17. cum seqq. respondens iuribus contrariis primo adductis re-

soluit in penitendis & dispensationibus mitius agi cum confesso, & ita obtinere illud vulgare de quo supra, nempe mitius agi cum confesso quam cum conuicto, & probari in d. c. Presbyteros, & in d. c. innotuit; secus autem in penis, in quibus iuxta communem secundam sententiam, & vtiorem confessus & conuictus simili pena afficiendus est iuxta ceteris naturam.

Nihilominus tamen nostra additio fundata in illo vulgari in proposito bene facit praxi, siquidem pena blasphemis imposita à iure nostris legibus regis nedum penam, sed etiam penitentiam concernit, eo, vel maxime quod in nostra specie prima communis locum habet & iure obtinet, quia blasphemus se ipse denuntiat contram iudice Ecclesiastico ab eo minime præuentus, nec forsitan præcognitus, quare merito, vt cum eo mitius agatur, quia tunc cessat timor probationis. Et in hac specie limitari iure potest secunda communis sententia, quoniam ipsa loquitur in eo, qui postquam à iudice præuenitur & capitur, liberaliter crimen confitetur timore probationis, vel alias: & ideo quia difficile foret hac in specie distinguere liberalem confessionem ab ea, quæ fit timore probationis, merito vt confessus & conuictus simili pena plectatur. Non vero loquitur secunda communis præfata sententia, nec agit in eo, qui se ipse denuntiat non captus, vocatus, nec compellus à iudice responderi, sed vltro comparet, & confitetur petens misericordiam. In hac namque specie bene distinguitur spontanea confessio ab ea, quæ necessario fit, atque ideo merito mitiori pena plectenda. Omnia hæc ed tendunt, vt intelligamus in nostro principali dubio non immerito in praxi non esse obseruatum, aut obtentum, quod iudex secularis possit iterum punire laicum blasphemum, à iudice Ecclesiastico prius condemnatum, vsque ad supplementum penæ condigne, præfestim hoc casu, quo blasphemus sponte se denuntiauit & liberaliter, non vocatus, nec præcatus, se fuit coram iudice Ecclesiastico & confessus fuit suam culpam, petens ab eo penitentiam cum misericordia. Ann. que Bouadilla ubi supra, dice, que en lo que toca à suprir el segundo juez. La pena que dexò de imponer el primero, no lo ve praticar, sino que sentencia la causa como halla por justitia, en especial en el caso de blasfemia, en que ay pena tassada; que en otros delictos segun Boerio, toda via se mitiga la pena arbitraria por el segundo juez. Pero Boerio en el lugar que lo cita antes tiene que no puede proceder el segundo juez, y es la comun en contrario. Y lo que dize Bouadilla, que no ve praticar, es conforme à lo que vamos fundando de practica contra la dicha comun.

S V M M A R I V M.

- 1 Inquisitores hereticæ prauitatis an possint cognoscere de crimine blasphemie, eiusque reos punire? per totam questionem.
- 2 Blasphemie quedam sunt hereticæ, quedam non hereticæ, vt hic: de his cognitio est mixti fori inter iudices ordinarios, de illis Inquisitores Apostolice cognoscunt vt in n. 3. Et quæ pena in iudicio Inquisitorum imponitur num. 4.
- 3 Sacerdotibus blasphemis publica penitentia imponenda non est, sed alia pena de quibus num. 6. & 7. cum seqq.



- 10 Blasphemus apud dominos Inquisitores & per Ordinarios Ecclesiasticos poena arbitraria plectitur pro persona & facti qualitate, & consuetudine blasphemandi, vel non, & alius circumstantiis, de quibus n. 11. & 12.
- 13 Hæreticalia verba per locum proferens, qua poena puniatur? Et ab Inquisitoribus puniri potest, ut in num. 14.
- 15 Fides facile non est accommodanda illis qui per iocum hæreticalia verba dixisse asserunt, sed maturiori consilio res expedienda erit, ut hic.
- 16 Verba Sacra Scriptura ad iocosa, scurrilia & inania trahentes, & ex diuinis rebus impudenter componentes palquines, butlas, fal-tas, adulaciones, detractiones, superstitiones, encantaciones, diuinationes, suertes y libelos famulos, hi & similes temeratores, & violatores verbi Dei, iuris & arbitrii poenis per Episcopos coerceri debent. Quando tamen hæresim sapiunt, Inquisitores ad punitionem & correctionem illorum procedunt.
- 18 Qui animo indeliberato, veluti per lubricum, vel lapsum lingue in blasphemiam, vel hæresim prorumpit, puniendus est.
- 18 Incumbens rei licite, si percussit Crucem vel Christum, aut aliam imaginem nolens, & non in contemptum, an excusetur.
- 19 Ebrivus blasphemiam, vel hæreticalia verba proferens an excusetur.
- 20 Hæresis a furioso dicta vel ab insano, amente, frenetico, & a demone agitato, an sit impunita? Et n. 21. hoc esse generale in omnibus delictis, ut obrietas excuset a poena ordinaria. Declaratur num. 22. & 23.
- 24 Dormientes blasphemiam proferentes excusantur.
- 25 Defensiones & excusationes blasphemiam, & cuiuscumque alij delicti remissivæ.
- 26 Iudices Ecclesiastici ex causa possunt mitius punire blasphemos.
- 26 Blasphemiam poena de Iure Canonico qua sit? & num. 27.
- 28 Iudices laici nullo modo possunt dispensare in poena blasphemiam; alius incurrunt in poenam talianam.
- 29 Verba admiranda D. Chrysostomi referuntur contra blasphemos, & in eorum correctionem & punitionem.

An Inquisitores hæretice prauitatis possint cognoscere de crimine blasphemiam, eiusque reos punire.

QVÆSTIO LXIV.

- 1 VERO vterius, an Inquisitores hæretice prauitatis possint cognoscere de crimine blasphemiam, eiusque reos punire?
- 2 Pro huius quaestionis intelligentia obseruandum est, quodam esse blasphemias hæreticales, quia cum hæresi connexionem habent, eique sunt confines, & que speciem hæresis præferunt, ut si quis dicat vel faciat aliquid, quod diuinæ deroget bonitati, credens de Deo ita esse, vel si per blasphemiam ab eo prolatam non modicam suspicionem hæresis dederit, veluti si dixerit, *abnego Deum, non credo in Deum*, id est

deserere de Dios, reniego de Dios, ò de la fe, ò de la crisma, ò reniego de la puridad de nuestra Señora, & similes blasphemias. Habent enim verba hæc nefandam significationem infidelitatis, siquidem confessioni opponuntur.

Aliæ vero blasphemiam sunt, quæ Hispano sonant, *Pese a Dios, por vida de Dios, mal grado aya Dios, ò despescho de Dios*, vel si quis iurauerit per membra Christi, aut Sanctorum pudenda, cum illorum vituperatione & ignominia, vel impia iurandi consuetudine aliquid inconsideratè, & inconsultè dixerit, & similes: & hæc non sunt hæreticales, quia quamuis grauissimæ sint, fidei tamen confessioni non opponuntur. Harum cognitio & puniatio est mixti fori ad ordinatioque iudices pertinet, ut resolutissimè supra in quaestione modo præcedente. Illarum verò, quæ hæreticales sunt cognitionem habent Inquisitores Apostolici, ut constat ex Alphons. a Castro lib. 1. de iusta hæres. puni. cap. 12. vers. ex quo manifestè, & præcipue in vers. cum sequitur tanta sit, vbi quod si quis dicat *Doom inuicè punite aliquem*, aut non posse hoc, aut illud efficere, aut insipienter rem aliquam egisse: hic talis blasphemus est, & ab hæreticorum Inquisitoribus examinandus, non propterea solum quod blasphemus est, sed quia per talem blasphemiam dedit non modicam de hæresi suspicionem: nam vt summa veritas ait, *Ex abundantia cordis os loquitur*, ibique latè prosequitur quid tunc Inquisitores considerate oportet: præfatam etiam distinctionem sequitur D. Simanc. de instit. catholic. tit. 8. num. 6. Franciscus Squila lacens. de fide catholice c. 16. Albertin. de agnoscend. asser. quaest. 6. num. 24. & quaest. 22. num. 63. & quaest. 27. & 36. num. 18. Nicol. Boer. decis. 301. Afflict. in consil. Sicilia lib. 3. rubrica 44. Grammatic. decisio 50. D. Couar. de pact. lib. 6. 1. part. cap. 7. num. 13. vers. crimen, Rojas de hæres. 2. part. num. 179. Bañez in 2.2. quaest. 13. art. 1. Emanuel Rodriguez in sua Summ. 1. parte cap. 34. num. 5. in fin. & Bouadill. in sua politic. de correg. lib. 2. cap. 17. num. 77. & optimè laque Farinac. dict. quaest. 10. num. 29. cum sequentibus, vbi plura alia in proposito & Azeued. in l. 1. num. 3. & in l. 6. num. 49. cum pluribus sequentibus, tit. 4. hoc lib. 8. notie collecti reg. vbi cum aliis auctoribus, quos citat, tenet quod iuramenta scelerata hæresim sapiunt nempe illa, quibus iuratur per caput, capillos, vel pedes, aliaue membra Dei, vel per corpus Dei, contra Ludouic. Lopez aliud tenentem. Imo secundum Bald. in l. accusationem sub num. 6. ibi, idem si dico, iurans per membra pudibunda Christi animo indubitato, species hæresis est; secus si per lasciuiam & ebrietatem, quem refert Albertin. in dict. quaest. 27. num. 31. & sequitur Boer. decis. 301. sub num. 1. ibi, & Bald. Decian. 2. tom. tract. crimin. lib. 6. cap. 2. num. 11. & Azeued. vbi supra, in dict. l. 1. num. 6. & in l. 6. num. 56. Adde quod si impia iurandi consuetudine inconsideratè & inconsultè id dixerit, non videtur esse hæreticalis iuxta opinionem Castri vbi supra.

Pœna autem in iudicio Inquisitorum hæc vltimo recepta est pro his blasphemis, in quibus cognitionem habent, vt pro atrocioribus blasphemis blasphemus plebeius trahatur in speculum publicum infamam quædam mitra capiti imposta, & lingua ligata ferro, & sine chlamyde, & publicè sententia pronuntiatur, & confestim flagellis caesus in exilium mittitur, ita D. Simanc. d. tit. 8. n. 10. Ioann. vero à Rojas de hæres. 2. part. num. 176. idem propè dicit: addit tamen aburationem de leui

leui & poenam tritremium, quem sequitur Ignat. vbi supra, in versiculo. poena autem, & refert Azeued. in dict. leg. 1. num. 8. Si vero blasphemus nobilis, aut honestus fuerit, sine mitra poenitentiam publicam similiter agit, & ad certum tempus in Monasterium deturdat, & multam aliquam soluit, & nonnunquam propter suspicionem ab iurante cogitur. Honestiores enim sultibus credendi non sunt l. capitalium §. 1. ff. de poen. ita Simanc. d. num. 10. Rojas vero & Ignatius vbi supra, simpliciter dicunt, hunc poena pecuniaria condemnandum & in Monasterium ad certum tempus detrundendum.

In aliis autem blasphemis leuioribus solent Inquisitores damnare blasphemum, vt aliquo die festo in Ecclesia dum sacra solemnia celebrantur ster nudo capite sine chlamyde, sine crepidibus & calceis, resti succinctus, & dextera præferens ardentem facem: & sacris peractis, legitur publicè sententia qua ieiunia quoque & precatioes indicuntur, & præterea multa aliqua puniuntur maledictus, vt testatur Simanc. vbi supra, n. 11. quem refert & sequitur Ignatius vbi supra, in versiculo, in aliis autem: ex consuetudine vero blasphemandi crescit poena, vt ex aliis docet Rojas vbi supra, num. 177.

Sacerdotibus autem blasphemis publica poenitentia imponenda non est, de qua in cap. 2. de maledic. ne grex fidelium scandalum patiatur, & vilescat clericalis ordinis auctoritas, ita communiter tenet attestat Abbas in dict. cap. 20. n. 8. sequitur D. Couarrauias de pact. in 6. 1. parte §. 7. num. 10. vers. sed quia sequitur, & latissimè comprobatur Simanc. vbi supra, num. 13. cum sequentibus, & communem ex eo testatur Clarus in §. blasphemiam, versiculo, sed quæro, & Ignatius vbi supra, in versiculo, clericus non subire post Bernardum, ibi, num. 2. versiculo, poenam vero, D. Canter. cap. 3. de blasphem. num. 4. pagina 448. Petrus Gregorius in sua Synagmat. iur. vniuersi lib. 3. cap. 12. num. 5. in fin. & Tiber. Declan. 2. tom. cap. 6. num. 3.

Sed quamuis Sacerdotes non agant poenitentiam publicam, non tamen idcirco eorum blasphemiam erunt impunitæ, immo tanto seuetius puniri debent pro blasphemiam multa, scilicet, ieiuniis & orationibus, & præterea sacris incedendum est ad certum tempus & in Monasterium detrundendus vt vitromque probat latè Simanc. vbi supra, num. 15. & 16.

Et ideo clerici blasphemii deponendi sunt ab ordine Ecclesiastico & clericali, text. optimus in cap. si quis per capillum 22. quaest. 1. que quidem poena obtinere debet data incorrigibilitate, vel consuetudine blasphemandi, provt notant Hostiens. & Alexand. quos refert & sequitur Couar. vbi supra, aut secundum ipsum ibi, cum ita grauis fuerit blasphemiam, quod maximam inducat diuinæ maiestatis iniuriam, sicuti Abbas existimat in dict. cap. 1. quem sequitur Bernard. Diaz vbi supra, num. 2. qui plura in proposito addit, cum alias poena dict. canonis sit iam olim antiquata per desuetudinem vt testatur Hostiens. in summa de maledic. §. blasphemantes versiculo, grauiora etiam, Bernard. Diaz & Couar. vbi supra, & Don Ioan Velade poenitent. delict. cap. 4. pag. 21. in princ. vbi cum supra dict. & aliis resoluti, hodie poenam esse iudicij arbitriam, nisi ob assiduam blasphemandi consuetudinem & blasphemiam grauitatem Index existimauerit practicandam esse poenam dict. cap. si quis per capillum, & monet Vicarios Episcoporum vt lemper arbi-

trentur contra clericos blasphemantes iuxta poenas eisdem impostas à Concil. Lateranensi. sub Leone X. relato à Couar. Bernard. Diaz & Canter. & illud de poena arbitraria sequitur bene declarans Canter. vbi supra, num. 4. versiculo, aut blasphemus est clericus.

Hodie vero ex Concil. Lateran. sub Iulio II. accepto & sub Leone X. continuato anno 1514. scilicet. cauetur quod clericus vel Sacerdos blasphemus prima vice eo ipso mulctetur fructibus vnius anni suorum beneficiorum: pro secunda vero vice si vnum tantum beneficium habuerit, eo priuetur, si autem plura, quod ordinarius maluerit: pro tertia vice dignitatibus & beneficiis omnibus, quæcumque habuerit eo ipso priuatus existat, ad eaque vltierius retinenda inhabilis reddatur, libereque impetrari & conferri possint aliis poenis contra blasphemos huiusmodi per sacros canones expressis in suo robore manentibus, cuius Concilij decisionis meminerunt Bernard. d. cap. 110. circa fin. & latius Couar. vbi supra, n. 10. & Menoch. de arbit. iud. centuria 4. lib. 2. casu 375. n. 19. Don Ioan Vela vbi supra, & alij præcipue, Prosper. Fatina. 2. tom. quaestionum crim. quaest. 20. n. 63.

Novissimè tamen motu proprio Pij V. Pontificis Maximi Kalend. Aprilis, ann. 1566. lato, quicumque clericus in hoc blasphemiam crimen contra Deum & Dominum nostrum Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam eius Genitricem incurrit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium & quorumcumque beneficiorum suorum, pro secunda beneficiis ipsis priuatur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponitur & in exilium mittitur. Quod si clericus nullum obtinuerit beneficium, poena pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipatur: pro tertia verbaliter degradatur & ad tritremis mittitur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiam arbitrio iudicis puniatur, qui motus proprius est infestus, atque postus in secunda parte Bullarj folio 924. in ordine 5. sub vers. ad abolendum, & refert Farin. vbi supra.

Contra laicos vero alia poena imponuntur per dict. Conc. Lateran. & motum proprium præcitatum, quas nuncupatum refert Farin.

Nihilominus tamen blasphemus apud dominos Inquisitores poena arbitraria præd. plectitur, & per Ordinarios Ecclesiasticos ratione circumstantiarum contingentium etiam erit atque imponetur, vt modo dicebamus, & tenet Hostiens. in dict. §. blasphemantes versiculo, grauior, Anchar. Anton. Butr. & Cardinal. in cap. 2. de maledic. vbi Abbas, dicit, quod ita communiter tenetur secundum Bernard. Diaz dict. cap. 110. num. 2. & Canter. vbi supra, num. 4. pag. 448. idem constat ex Simanc. d. tit. 8. num. 16. & probat nouissimè Tiber. Declan. 2. tom. tract. crimin. lib. 6. cap. 6. n. 7. post Menoch. vbi supra, alios allegantem num. 29. in fin. & num. 30. cum seqq. vbi quod Index pro personæ & facti qualitate poenam indicere poterit, qua, is qui blasphemate confuerit, & qui incorrigibilis est, grauior puniendus est. Et est contra ille erit mitius puniendus, qui non confuevit blasphemare, & ille qui calore itacundiæ blasphemauit, vt cum aliis idem probat Menoch. in hæresim ita inconsueti profertent, & Simanc. tit. 17. num. 47. cum sequentibus. Sed hoc debet intelligi modo calor iracundiæ à iusta causa oritur, secus si ex iniuria vt ex Abbate, Anan. & Iafon. D. Couar. dict. §. 7. num. 13. vers. quid



de consuetudine, ibi excusatur tamen, Greg. Lopez in rubrica tit. 28. pag. 7. estque communis hæc distinctio secundum Mencha. controuers. illustr. c. 18. num. 29. vt refert D. Azeued. in l. 1. num. 17. tit. 4. hoc lib. 8. & Clarus §. fin. in pract. quæst. 60. vers. est etiam ira, vbi in vers. reperio tamen inquit, quandoque eos, qui etiam sine iusta causa calore iracundie in verbis excesserant, putâ contumelias alicui inferendo, fuisse mitius punitos, & refert Afflict. dicentem quod per Curiam Neapolit. fuit absolutus quidam rusticus, qui faciendo computa cum domino suo iratus dixit, quod Deus non potuisset facere quod esset debeat tot operatum, sed ibi concurrebat etiam causa rusticitatis, & sic duplex causa excusans magis debet excusare quam vna solum, & non potest dici quod ita fuerit iniusta, vt obleruauit Fatinae. quæst. 20. sub num. 48. qui num. 52. simpliciter refert Clarum vbi supra, cum eo transiens. Sed contrarium probat Decian. 2. tom. tract. crimin. cap. 2. n. 10. dicens quod indices diligenter considerent qualiter blasphemie & causam & modum, quo profertur, neque ita passim admittant exculationem rusticitatis: quia plerumque illi rustici peiores sunt cæteris, neque Deum venerantur, aut timent. Ego attenta simplicitate vel malitia rustici blasphemantis hoc æstimarem, non enim blasphemantem iracundia semper excusat, sed cum tanta esset iracundia, quod eum à mente alienauerit vt cum Hostien. & alius probat Auend. 2. part. c. 5. prat. num. 12. ad fin. & Azeued. vbi supra, num. 17. & 18. & Canter. cap. 3. de blasphem. num. 2. pag. 449. & cum aliis Fatinae. sub dict. n. 48. vbi quod hoc debet probari, & Didac. Perez in rubric. tit. 8. lib. 8. pag. 205. vbi hoc intelligit arbitrio boni iudicis.

Non enim semper blasphemantem iracundia excusat, sed cum tanta esset iracundia, quod à mente alienaret, vt cum Hostien. & aliis probat Auend. 2. p. c. 5. prat. n. 12. ad fin.

Nihilominus tamen qui ira, vel aliquo iusto dolore motus blasphematur, licet non in totum blasphemie poenam euadat, mitius tamen puniendus est secundum Goffred. Henrich. Archid. in cap. quid ergo in fin. 23. quæst. 5. quos & alios plures referens idem probat & tenet Fatinae. dict. quæst. 20. num. 47. dum tamen, vt prædiximus cum communi, ita habuerit ortum ex iusta & non leui causa; secus si ex iniusta vel leui: quia tunc iracundia non excusat blasphemantem, quod etiam alios allegans tenet Decian. d. 2. tom. cap. 5. num. 9. & Fatinae. d. quæst. 20. num. 48. in principio, vbi ex Fab. à Monteleone refert exempla causarum, ex quibus iustitia procedere potest, vt putâ in eo, qui habet nuntium de morte filij vel alterius coniuncti. Item in eo, qui ex improuiso patitur aliquam læsionem in bonis, vel maioris partis bonorum. Item in eo, qui recipit aliquam atrocem iniuriam, & iis similia. Per contrarium autem ira, quæ conforgit ex ludo, dicitur provenire ex causa illicita & iniusta, cum ludus præcipue alearum & taxillorum sic à iure reprobatus & illicitus iuxta textum in le. alearum vsu, Cod. de relig. & sumpt. fun. & communem sententiam omnium Doctorem, de qua alibi diximus: ideoque qui in ludo blasphematur tanquam dans operam rei illicitæ non potest ex ira se excusare, vt plurimis in specie tradit eos sequutus Fatinae. d. 9. 20. n. 49. & Didac. Perez vbi supra, & Gregor. Lopez vbi supra.

12. Similiter & habenda ratio erit loci, in quo blasphemia prolata est secundum aliquos, an ex malo

more illius regionis ita passim homines blasphemare consueverint, ita siquidem consuetudo aliquantum excusat secundum Bald. & Angel. quos refert Iason. in leg. 3. §. iurari, num. 16. ff. de iur. iur. Bellon. consilio ultimo, num. 6. Mafcard. 1. tom. de probat. conclusionem 194. num. 3. 9. & sequentibus, Auend. alios referentem dict. 2. part. cap. 5. prat. num. 13. & Didac. Perez in l. 1. pag. 207. tit. 8. lib. 8. ordinamenti, vbi tenet mitius puniri, dum tamen calor iracundie ex causa provenierit: qui mouentur ea ratione, quia consuetudo loci facit de licito illicitum, excusatque à poenis temporalibus contrahentes, homicidas, falsarios, & alios quoslibet delinquentes iuxta gloriam celebrem in cap. cum venerabilis in verbo mirasse, & ibi Anchar. & Abbas, & communiter Doctores de consuet. & plures congerit Fatinae. dict. quæst. 20. num. 45. & nos alibi latius diximus.

Sed nihilominus contrarium in hoc verius est & tenendum, imò quod prædicta consuetudo loci blasphemandi non excuset, ita tenent Innocentius in l. his verbis, §. 1. ff. de hered. instit. Iason. in dict. leg. 3. §. iurari, num. 3. Bellon. dict. consilio ultimo, num. 6. Grammat. de off. §. 6. col. 2. & D. Couar. vbi supra, num. 12. versiculo, quid de consuetudine, Menoch. dicto casu 375. num. 34. Arnald. Albert. de agnosc. assert. cathol. & heret. quæst. 6. num. 26. Clarus in pract. §. blasphemia, versiculo, item potest in fin. & hoc credit verius & communis Fatinae. d. quæst. 20. num. 45. versiculo, contrarium, & sequitur bene probans post alios Decian. 2. p. tract. crim. cap. 5. n. 4. vbi num. 5. quod consuetudo blasphemandi eius, qui accusatus est, non modo non excusat, sed potius aggrauat: sic Senatus Italiae illam consuetudinem non admittit, quin imò plerumque & quidem iustissimè iussit reici capitulo, in quibus imputati de blasphemia volebant huiusmodi consuetudinem probare: talis enim non consuetudo, sed abusus potius dicendus est, cuius nulla ratio haberi debet, ita Iulius Clarus vbi supra, versiculo, fin. in fin. cuius meminere Mafcard. & Fatinae. vbi supra, nec non & Decian. vbi supra, cap. 4. num. 10. In his namque, que de sui natura mala & detestabilia sunt, & præsertim contra ius diuinum & naturale, consuetudo etiam totius mundi non excusat cap. fugiua, 32. quæst. 7. cap. obiscimus, 32. quæst. 4. glossa in cap. sanè de tempor. ordin. & in cap. cum secundum leges de heret. in 6. allegat plures Fatinae. dict. quæst. 20. num. 46. & præd. sequitur Azeued. in leg. 1. num. 20. cum sequentibus, hoc tit. 4. lib. 8.

Sed quid de illo dicendum erit, qui per iocum blasphemantem verba protulit? Regulariter enim dictum, vel factum iocofum poenam non meretur licet senel. Cod. de liber. caus. l. 1. §. diuus, ff. ad leg. Cornel. de sicar. leg. obligationum substantia, §. ultimo, ff. de action. & oblig. cap. 1. de sententia excommunic.

Nihilominus tamen in crimine hæresis aliud indicandum est, nam si quis aliquid in Deum, vel fidem, vel in Sanctos prorumpat, poena condigna plectendus est, Cardin. in Clementina 1. de heret. quæst. 1. num. 7. & alios referens Ignatius Salced. in addit. ad Bernard. Diaz dict. cap. 110. versiculo, sed locus iste, & Azeued. in l. 1. huius tit. 4. num. 25. Nam vt inquit Gerson in 2. part. ultim. tractat. non patitur ludam fama, fides, oculus: non nunquam iocus & faceria effere possunt, vt dicitur in aliquod impiè sonans defendi queat, ne sit hæreticum, cum videlicet repente, celeriter, inconsulto, & ex occasione, ac sine deliberatione dictum

dictum fuerit: nec id aliam ob causam, nisi, vt qui illud dixerit factus esse videatur, præsertim cum suspectus non erit infusus ineptus ille, leg. obligationum substantia, ff. de action. & oblig. Sed & si hæreticus non sit, qui talia temerè effudit, puniendus tamen tunc est vt maledicus & temerarius, vt late comprobatur D. Simanc. de instit. catholic. tit. 17. num. 22. cum sequentibus, & reliqui.

14. Sed cum suspectus efficiatur, qui dicitur impia per iocum dixerit ab Inquisitoribus puniri poterit secundum Cardin. vbi supra, & Rojas in singul. fidei 103. estque communior sententia secundum Franciscum Pegna ad dicto. Inquisit. 3. parte, scholio 17. vt refert & probat Ignatius vbi supra, versiculo, sed verum, qui in versiculo sequenti, inquit, esse quidem iuris exploratissimi, non fore hunc tanquam hæreticum puniendum (id quod constat ex supra dictis) sed leuius, qui minimè interuenient, quæ ad hæresim constituendam necessaria sunt, videlicet error in intellectu & pertinacia in voluntate. Punietur igitur poena pecuniaria piis locis eroganda, vt scribunt Villadieg. & Rojas ab eo citati: quæ quidem poena augenda vel minuenda erit iuxta personæ iocantis qualitatem. Pèndi etiam debet iocus, scandalum, si aliquod inde ortum fuerit, nec non qualitas personarum audientium: quapropter viti Theologi & Religiosi in hoc delinquentes tenerè sunt plectendi. ¶ Non tamen facile est fides accommodanda illis, qui per iocum hæreticalia verba dixisse asseuerarent, sed maturiori consilio res expendenda erit; nec hac occasione sumpta impij & sceleratissimi homines, & qui vere hæretici sunt, condignas tanti criminis poenas effugiant, & idè non debent Inquisitores faciles esse ad credendum talem exculationem, vt scribit Calder. in tract. de form. proced. contra inquisitos de heresi, in rubrica de heret. cred. num. 6. quem refert & sequitur Ignatius Salced. vbi supra.

15. Idem obleruandum erit aduersus eos, qui verba Sacre Scripturæ ad iocosa scurrilia & inania trahunt; neque erubescunt sæpè numero ex diuinis rebus impudenter componere, videlicet, Pasquines, & burlas, falsas adulationes, detractiones, suspitiones, encantationes, diuinationes, suertes, & libelos famosos: hi namque & similes temerarios & violatores verbi Dei, iuris & arbitrij poenis per Episcopos coerceri debent, vt expressè cauetur in Concil. Trident. sess. 4. in fin. Et licet ibi horum criminum punitio Episcopis demandetur; quando tamen hæresim sapiunt, iure optimo Inquisitores ad punitionem & correctionem illorum procedant: Tansi en el catalogo de la Inquisicion entre otras reglas que se ponen para que las heresias sean stirpadas, se prohiben los libelos famosos, y pasquines, como lo refiere Manuel Rodriguez en su Summa 1. parte, cap. 34. y lo tiene Salcedo, vbi supra, versiculo, qua sanè, dicens, quod nouissimè delicti libelli famosi & pasquines prohibiti sunt ab Inquisitore generali D. Gaspare Quiroga Cardinali & Archiepiscopo Toletano in catalogo. librorum prohibiti. edito ann. 1583. in principio.

16. Ex superioribus venit decidenda quæstio illa, an qui animo indeliberato, veluti per lubricum vel lapsum lingue in blasphemiam, vel hæresim protulit, puniendus sit? Videtur enim minimè puniendum, quia non facile lubricum lingue ad poenam trahendum est leg. 1. Cod. si quis Imperat. male dixit, leg. famosi, ff. ad leg. Jul. maiestatis, cap.

17. quod autem ait 22. quæst. 2. notat Zanch. de heret. cap. 7. num. 9. non enim censendus est hæreticus, præsertim cum se incontinenti correxerit secundum Simanc. tit. 17. num. 19. & idèd lubricitas lingue, si appareat non dolose, aut consideratè blasphematum, excusabit, vt habetur per omnes in dict. leg. 1. & in specie tradit Lucas de Peña in leg. omnes, n. 7. C. de delat. lib. 10. Alexand. cons. 15. num. 8. volum. 3. quos refert & sequitur Tiber. Decian. d. cap. 5. num. 11. vbi quod vt appareat, quod ex lubricitate lingue quis blasphemauerit, probandum est, quod non sit confusus blasphemare, vt per Iason. in §. item si quis el segundo, num. 62. cum seq. instr. de action. & etiam quod blasphemauerit absque contemptu, vt per Boer. dec. 301. num. 14. ¶ Et ideo excusatur etiam, si quis incumbens rei licite percussit Crucem, vel Christum, aut aliam imaginem nolens & non in contemptum, vt inquit Anan. in c. vlt. de maled. col. 9. Et tandem concludit Decian. vbi supra, num. 12. quod cum iniuria in homines & minus in Deum non potest esse sine dolo, & quilibet causa colorata excusabit à dolo, vt minus puniatur secundum Alexand. quem citat: putat tamen Decian. hoc relinquendum arbitrio prudentis iudicis, qui illud æstimabit ex persona, loco, tempore, causa & aliis circumstantiis; aliàs namque nullus esset, qui non excusaretur, cum quilibet posset prætere de imaginariam causam, licet iniustam, quæ secundum Alexand. excusaret à dolo, quod rectè non admittit Decian. præsertim in hoc crimine, propter ipsius atrocitatem. Quod si appareat secundum ipsam ibi num. 13. blasphemantem statim poenituisse, & reuocasse, ac se correxisse, præsumetur ex hoc lubrico lingue blasphemasse, vt per Grammat. Alexand. & Felin. quos ibi ad hoc citat. Nihilominus tamen erit poena extraordinaria puniendum secundum Rojas de heret. 1. part. num. 66. Salced. vbi supra, vers. supra dictis, ibi, sed verius alios allegans, vbi quod erit plectendus poena pecuniaria in plus circoganda, vel alia arbitraria, consideratis circumstantiis & qualitatibus de quibus ibi; & quod erit magni momenti ad dictam poenam minuendam, vel nullam infligendam, quando qui ea verba dixit statim palinodiam recantauit & poenituit, licet grauer sit reprehendendus & summè monendus vt deinceps caueat, sequitur Azeued. in d. l. 1. n. 31. hoc tit. 4. lib. 8.

quod autem ait 22. quæst. 2. notat Zanch. de heret. cap. 7. num. 9. non enim censendus est hæreticus, præsertim cum se incontinenti correxerit secundum Simanc. tit. 17. num. 19. & idèd lubricitas lingue, si appareat non dolose, aut consideratè blasphematum, excusabit, vt habetur per omnes in dict. leg. 1. & in specie tradit Lucas de Peña in leg. omnes, n. 7. C. de delat. lib. 10. Alexand. cons. 15. num. 8. volum. 3. quos refert & sequitur Tiber. Decian. d. cap. 5. num. 11. vbi quod vt appareat, quod ex lubricitate lingue quis blasphemauerit, probandum est, quod non sit confusus blasphemare, vt per Iason. in §. item si quis el segundo, num. 62. cum seq. instr. de action. & etiam quod blasphemauerit absque contemptu, vt per Boer. dec. 301. num. 14. ¶ Et ideo excusatur etiam, si quis incumbens rei licite percussit Crucem, vel Christum, aut aliam imaginem nolens & non in contemptum, vt inquit Anan. in c. vlt. de maled. col. 9. Et tandem concludit Decian. vbi supra, num. 12. quod cum iniuria in homines & minus in Deum non potest esse sine dolo, & quilibet causa colorata excusabit à dolo, vt minus puniatur secundum Alexand. quem citat: putat tamen Decian. hoc relinquendum arbitrio prudentis iudicis, qui illud æstimabit ex persona, loco, tempore, causa & aliis circumstantiis; aliàs namque nullus esset, qui non excusaretur, cum quilibet posset prætere de imaginariam causam, licet iniustam, quæ secundum Alexand. excusaret à dolo, quod rectè non admittit Decian. præsertim in hoc crimine, propter ipsius atrocitatem. Quod si appareat secundum ipsam ibi num. 13. blasphemantem statim poenituisse, & reuocasse, ac se correxisse, præsumetur ex hoc lubrico lingue blasphemasse, vt per Grammat. Alexand. & Felin. quos ibi ad hoc citat. Nihilominus tamen erit poena extraordinaria puniendum secundum Rojas de heret. 1. part. num. 66. Salced. vbi supra, vers. supra dictis, ibi, sed verius alios allegans, vbi quod erit plectendus poena pecuniaria in plus circoganda, vel alia arbitraria, consideratis circumstantiis & qualitatibus de quibus ibi; & quod erit magni momenti ad dictam poenam minuendam, vel nullam infligendam, quando qui ea verba dixit statim palinodiam recantauit & poenituit, licet grauer sit reprehendendus & summè monendus vt deinceps caueat, sequitur Azeued. in d. l. 1. n. 31. hoc tit. 4. lib. 8.

Excusabitur etiam is, qui blasphemiam, vel hæreticalia verba cum esset in ebrietate protulit, nam perinde de eo iudicandum est ac de furioso & mente capto leg. respiciendum, §. delinquit, ff. de pen. leg. omne delictum, §. per vinum, ff. de re milit. cap. à exapula de vit. & honest. cleric. Zanchin. de heret. cap. 7. num. 10. Salced. vbi supra, vers. excusabitur, vbi quod cessante ebrietate grauer erit corrigendus: & prædicta excusatio proficiet saltem vt mitius puniatur, vt per Bonifac. de Vital. in tit. de pen. blasphem. n. 2. Arnald. Arbert. de agnoscend. assert. cathol. & heret. quæst. 6. n. 21. & quæst. 27. n. 15. vbi quod isto casu ebrius potest extra ordinem puniri poena arbitraria secundum Abbatem antiquum in cap. 2. de maled. quem sequuntur communiter Doctores teste Grammat. super consil. regn. fol. 113. num. 6. sequitur Gregor. Lopez in rubrica tit. 28. part. 7. Clarus in practico. quæst. 60. vers. præterea quero, Mafcard. de probat. primo tomo, conclusionem 194. num. 4. quam etiam sequitur & communem appellat cum Grammat. vbi supra. Fatinae. d. quæst. 20. num. 50. & probat latissimè plures allegat Didac. Pelcz in rubrica tit. 8.